



H-1-149

[Handwritten signature]

THE
LIBRARY
OF THE
MUSEUM OF
ART AND HISTORY
OF THE
CITY OF
NEW YORK



19096



sunt, non ignauam socordiam sed vigilem diligenti-
am laudat. Obsecro autem Reuerendissimas ve-
stras dignitates, vel hac in parte vestro exposito
& benigno brachio, quemadmodū hactenus erga
literatos consueuistis, adesse velitis, & voluntatē
meam vestra cum beneuolētia tum gratia promo-
uere: ita enim currentem iam incitabitis magis, &
boni operis fons & origo erga Ecclesiam, publi-
co omnium testimonio eritis. Hanc igitur opellā,
paucissimis quidem chartis cōtentam passionem,
sed de negotio omnium maximo, videlicet de Chri-
sti Saluatoris nostri Cruce cuiusque merito con-
cionantem, Reuerendissimis ac illustribus vestris
dignitatibus cū omni deuotione, nomine defun-
cti auctoris nostri, dedico & ascribo, me meaque
omnia cum Francisco Behē & Theobaldo Spen-
gel in vestram amplissimam tutelam & defensionem
commendans. Et quoniam hoc calamitoso
tempore, exoriuntur quidam impostores, Eccle-
siastica tranquillitatis impatientes, quibus nullū
concordiæ calopodium conuenit, minus dextrē
de scriptis Feri nostri censentes, & in mortuum
iam sēuētēs, quem viuum, pro eo quē prætendūt,
erga Ecclesiam catholicā zelo, fraternē admone-
re potuissent. Vestri muneris erit, Proceres am-
pliss. ea ab acerbis inuidorū cēsorum morsibus &
venenatis aculeis vēdicare, & Christianā libera-
tī asserere. Non enim mox extra Ecclesiam habē-
dus est, qui vnicam atque alteram sententiā eorū
quos censura Ecclesiastica percussit, ipsi autem
cum infidelium cōetu adhuc, versarentur didice-
rant, suis scriptis commodē inserit. Neq; ita cui-
uis

uis spiritui credendum est, vt quod vnus atq; al-
ter etiam videantur sibi ex ordine fati religio-
suli, fraternæ verō dilectionis nimis immemores.
impiū quemlibet, vel pro arbitrio vel ingenii ma-
litia euomit, bonis imō optimis frandi sit futurū.
Perspecta omnibus quibuscum conuersatus fuit
in vita Ferus, integritas ipsius est & in vera fidei
professione constantia, quō minus vel ingenui, homi-
ne priuato, ad excitandas lites, quasi de matris
gremio ficto, lædendus est, Sed tales Aristarchos,
qui maledictis certare sapiētiam opinantur, vere-
mur minimē, veritatis compendiosa oratio seme-
tīpsam tuebitur. Valete ergo Reuerēdissimi atque
Illustres Domini, prōque singulari vestra erga
Ecclesiam Dei deuotione, scripta Feri ad poste-
ritatem propagare satagite,

Datā Moguntiaē ipsi Calendis Aprilis.

Anno redempti orbis.

M. D. L V.

Reuerendis, & illu-
stris. V. D.

Deuotus philippus
Agricola Mogun-
tius. Ecclesiastes.

a 4

HISTORIA DOMINICAE

Pafsionis, ex quatuor Euangelistis

côgesta, partesq; in IIII.

digesta.

Pars prima.

Luc. 10.



Propinquabat dies festus azimorum qui dicitur Pascha.

tur Pascha.

Quod Lucas hic dicit, Propinquabat & hoc Marcus sic

Mat. 14. exprimit: Erat, inquit, pascha & azyma post biduum. Duplici

siquidem nomine insigniebatur festum illud. Dicebatur Pascha

vel Phasce, propter immolatione agni, qui in Exodo dicitur Phasce

Exod. 12. idest, trāsitus Domini, propterea quod angelus exterminator percutiens primogenita Aegyptiorum, domos Israelitarum sanguine agni signatas petra'sisset, ipsosque eadem nocte ex Aegypto eduxisset. Dicebatur autē & festum vel dies azymorum, eo quod toto tempore illius festi durabat

Exod. 12. & 13. autem septem diebus) ludæis inhibitur erat fermentatum panem comedere, vel etiam in domibus habere: præceptum autem, quod solo azimo, id est, in fermentato pane vesceretur. Cæterum solemnitas hæc Iudaica incipiebat à vespere quartæ decimæ diei primi mensis, & durabat usque ad vesperam vicésimæ primæ diei. Porro primus mensis apud Heb. non incipit à calendis Ianuarii, quæadmodum apud

Leuit. 23. Num. 28.

Romanos, sed à primo Nouilunio post æquinoctium vernum, quod apud nos est lunario Aprilis. Eius igitur lunationis, xiiii. die ad vespere, incipiebat festum Paschæ, quæ dies eo anno, quo Christus passus est, fuit feria quinta. Sequenti die, quæ apud nos Bona sexta feria merito dicitur, Christus crucifixus fuit. Et ea ipsa dies erat Iudaici festi, quam statim sequebatur sabbatum, aliud scilicet festum, imò conduplicatum. Vnde & Ioannes de ipso dicit: Erat enim magnus ille dies sabbati. Quodlibet enim sabbatum, ex seipso magna celebritas erat: imò maius erat omnibus aliis festis. Nam in sabbato nec cibos licebat parare ludæis, quod tamen in aliis festis quantumcunque magnis licebat, nisi in sabbato incidissent. Vnde & solum sabbatum Parasceuen habebat, id est, diem præparationis ciborum. Præter hoc autem sabbatum illud de quo nunc loquimur, etiam ob id augustius erat, quod intra dies azimorum accidebat, (fortè ex traditione aliqua pharisaica accedente propter pinguiorem prædam, quæ tunc proueniebat populo vndiq; confluyente) Vnde & dicebatur sabbatum Paschæ, non quod festum Paschæ ipso die esset, sed quod inciderat in hebdomadam Paschæ: quemadmodum & nos adhuc dicimus, feria tertia, quarta,

Ioan. 19.

Exo. 31.

Exo. 16.

del Collegio de la Compañia de Jesús de Carvajal.

ta, quinta Paschæ &c. In summa: omnis sexta feria dicebatur apud Iudeos parasceue, etiam si festum aliquod in ipsam incidisset. Sic in hanc sextam feriam inciderat festum vel solennitas Paschalis, ea ipsa tamen dies etiam erat parasceue propter sabbatum sequens. Cõstat igitur Christum ipso die festo crucifixum esse. Nec obstat quod dixerunt, Non in die festo &c. Non enim festi rationem habebant, sed timebant ne impius conatus à populo tunc frequenti impediretur. Ideo non dixerunt, Non in die festo, quia non licet, sed, Ne tumultus fiat in populo, imò ne in sabbato & quidem magno quod instabat, cessassent à proposito, si non aliis occasio data fuisset: tanta erat ipsorum rabies. Id enim finxissent, vt iam certè fingebant, non posse Deo maius officium præstari, maiusq; facerificum offerri, quam vt tam egregium diuinæ legis destructor crucifigeretur. Et in aliis quidem delictis posse & debere fieri vindictæ vel dilationem, vel remissionem: Dei autem iniuriæ, vel ipso sabbato vindicandam. Ita mentita est iniquitas sibi. Accessit ad hoc occasio per Iudam data, qui malitia excoctus in ipsa vespera incipientis solennitatis, Christum tradidit & vincum ipsis deslinabat. Quid hic faceret? Timere habebant vt multum populi, si ad terminum vsq; festi vincium feruarent. Festinandum ergo erat impietati, non habita vt neq; Dei, ita nec temporis ratione. Hoc igitur erat consilium maligni cordis. Ipsissi ma tamen & verè mira dei prouidentia sic ordinatum fuit, vt in eo festo Christus pareretur: Non

solum vt veritas figurè responderet, sed etiam vt multi adessent, quando sacerdos summus extra Hierusalem sanguinem suum offerret deo in redemptionem Iudeorum & Gentiu. Hæc de die & festo azymoru præmittere placuit. Nunc ad historiam redeamus.

Venerat desinatum tempus, quo Dominus Iesus post prædicationem euangelium, per passionem mortis à mundo ad patrem redire & volebat & debebat. Et hoc ipsum tempus erat quo Iudæi paschalem celebrabant, agnūque paschalem comedeant & imolabant in memoriam liberationis olim factæ. Nunc autem instante generali redemptione generis humani, non ex Aegyptiaca, sed diabolica seruitute, alius agnus immolandus erat nempe is qui tollit peccata mundi, & de quo Paulus ait: Pascha nostrum immolatus est Christus. De hoc igitur Christus dicit:

Scitis quia post bium Pascha fieri, & filius hominis eraderetur vt crucifigatur.

Quasi dicat, Cùm scitis Iudæi & Hebræi nati & educati, scitis quale festum iam in proximo imminet, nepe festum Paschæ, ad quod nemo nõ se præparat in tota regio ne Iudeoru. Ceteru vobis discipulis meis ego aliud quiddam paradam, quod alii ignorant: Nempe quod ego filius hominis, hoc ipso festo tradendus sum & crucifigendus, hoc est, tanquam agnus & maciandus & immoladus in ara crucis pro mundi salute. In hoc inquam, Iudaico festo fieri debet, quod diu ante & sepe prædixi. Tempus adest, iam hora mea veni, quam

nit, quam adeo non refugio, vt etiam sponte eidem occurram: quandoquidem ideo in mundum veni, vt obedientiam patri meo præstarem vsque ad mortem crucis. Hoc nunc fiet in hoc festo. Hoc vos celare nolui. Nec tamen est quod vos hinc terreamini. Nemo vobis nocebit, aut nocere poterit, quantumcumque in me fuerit. Non enim vestra, sed mea hora adest. Filius hominis eratur.

His igitur verbis Christus & diem & modum mortis suæ prædixit, ne discipuli, cùm emvideret, quasi ad rem inexpectatam se exciperent, vt prioris animi desponderent.

Obseruandum quod sine expressione personæ dicit: Tradetur filius hominis, non enim exprimit quis eum traditurus sit, idque non sine causa. Non enim vnus tantum eum tradidit. Nam pater cælestis ipsum pro nobis tradidit, motus misericordia & dilectione. Et filius seipsum tradidit ex nimia dilectione. Tradebat, inquit se iudicantibus iustis. Tradidit eum Iudas avaritia peremptus. Tradiderunt Pontifices Pilato inuidia morti. Tradidit Pilatus crucifixoribus ex timore humano. Tradidimus & nos Christum in mortem, imò omnium maxime nos. Neque enim pater eum tradidit propter nos. Nec adquerari quis euiquam in ipsum pouissent, si peccata nostra non in se sumpsisset. Vnde & merito nobis dicit: Tu seruire me fecisti in peccatis tuis, & labore mihi prebuit in iniquitibus tuis. Et

Infans: Dominus, inquit, posuit in eo iniquitates omniu nostru. Et Paulus: Eum qui non nouit

peccatum, propter nos fecit peccatum. Et Hieremias: Spiritus nostri Christus dominus, caprus est in peccatis nostris. Et in Psalmo ipse dicit: Opprobria explorabant tibi, ceciderunt super me: Quæ non rapui, exsoluo. Omnia horum non admodum Chnissus, cùm dicit: Tradetur filius hominis &c. Obseruandum & hoc, quod hoc nomẽ Pascha, non à patiendo dicitur, vt quidã arbitratũ, sed à Phæ Hebræo nomine, quod transitum significat, ob causam superius assignatam. Idem etiam nomen, Pascha, non semper pro eodem accipitur. Aliquando enim significat ipsum agnum immolandum, vt cùm dicitur: Vbi vis parem tibi comedere Pascha? Aliquando significat ipsam diem festi, vt cùm dicitur, Cùm autem esset Hierosolymis in Pascha &c. Aliquando significat totam hebdomadam Paschalem, vt cùm dicitur, volens post Pascha producere eum populo. Aliquando significat azymos panes vt cùm dicitur: Ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.

Tunc cõgregati sunt principes sacerdotu & scribæ & seniores populi, in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphæ: & conciliũ fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.

Hæc manifestat Euangelista, quales homines fuerint: qui pre inuidia Domini Christum non potuerunt viuũ videre aut pati.

Nomen aut

Mat. 10.

Ioan. 1.
1. Cor. 5.

Ioan. 9.
Roma. 7.
e. Petr. 2.

1. Jo. 4.

1. Jo. 5.

Thre. 4.
Psal. 68.

Ioan. 1.

Ioan. 16.

Nominat autem sacerdotes, scribas & seniores populi, denique & principes & primores, a quibus nihil minus expectari debebat. Ipsi enim erant qui legis scientia habebant. Ipsis cognita erant vaticinia prophetarum. Ipsi, inquam, erant, in quorum persona Nicodemus vnus ex iis, dixit: Scimus quia a Deo venisti magister. Nemo enim potest hanc signa facere que tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Omnia tamen hæc in ipsis sic oppresserat inuidia, vt ipsi primi, imò soli essent qui Christum ad crucem adegerunt. Quis non admiraretur tam crassam tor sapientum hominum cæcitatem? imò quis non exhortetur terribile illud iudicium Dei, quo ipsos excæcauit, vt videntes non viderent, & audientes non audirent, imò vt tam oculos quam aures veritati manifestissimè clauderent? Hinc discimus quòd gratuita illa dona Dei, si non adste fides, magis obstant quam profunt. Sic scientia sine fide instat 1. Cor. 8. Sic potestas sine fide, licentiam præbet ad omnia flagitia. Non igitur satis est habere scientiam vel potentiam, nisi adfint & dona iusticiæ, fides spes, & charitas.

Deinde hic videmus, quòd sapientes & potentes huius mundi plerumq; nihil aliud sunt, quam vasa iræ Dei. Sic Paulus de sapientibus ait: Tradidit illos Deus in reprobum sensum. Sic Pharaon ideò excitatus fuit, vt in eo ostenderet Deus fortitudinē suā. Noli igitur gloriari de sapientia aut potentia, sed time. Dei enim præcipuum opus est, dispersere superbos mète cordis sui, & deponere potentes de sede, Luc. 1. Pulchre autem Euangelista ipso-

rum peccatum, malitiam & cæcitatē exaggerat, idque singulari verbis.

Primo enim emphasim habet Tunc. quòd ait: Tunc congregati sunt tunc, inquam, cum nihil omisisset Christus ad ipsorum salutem pertinens. Tunc cum admirabilem doctrinam & stupendam miracula Christi sæpe vidissent: Tunc, inquam, cum piis operibus preparari conueniebat ad dignè celebrandum festum Paschalis solennitatis. Sic impij nullius rei aut temporis rationem habent, dummodo suis affectibus satisficiant.

Sed quidnam egerunt? Congregati sunt. Nihil nouum aut mirum hoc esset, nisi addere contra Iesum ipsos congregatos fuisse: nec simpliciter, sed vt ipsum dolo tenerent & occiderent Verè impij qui contra Iesum cõgrogantur. Felices fuissent, si pro lesu conuenissent ad scrutandas scilicet scripturas, num ipse verè esset Messias, quem admodum primi credentes faciebant.

Sed quomodo credens Iesum, verum vique saluatorem, qui tor hominibus corpore & anima miseris, salutem dederat, tenere & occidere cupiunt? Nihil quidem hic exprimitur. Verum ex Ioanne euidenter colligi potest, vbi cõsultantes dicit: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum &c. Et adhuc euidentius ex lib. Sapientie, vbi dicitur: Conueniunt impij aduersus iustum, dicentes: Circumueniamus eum, quia contrarius est operibus nostris, & improprietat nobis peccata legis. Factus est nobis in traditionem cogitationum nostrarum.

Acto. 17.

Ioan. 11.

Sap. 2.

rum. Grauis est nobis ad videndum &c. Vides quid in ipso odetur, nempe lucem & veritatem. Omnis enim qui male agit odit lucem. Non patiebantur Pharisæi suam iustitiam damnari, & se inter peccatores censeri. Non patiebantur Scribæ se vt ignaros leges æstimari. Quem admodum igitur Abel & Ioseph non ob aliud propriis fratribus odio habiti fuerunt, quam quòd ille quidem iustus & Deo gratus erat, hic autem a patre præ aliis diligenter sic & Christo contigit.

Non dubium autem est, quin huic suæ malitiæ bonam speciem prætererint, nempe zelum diuini legis propterea quòd Moyses præceperat pseudoprophetas occidendos. Hoc tamen & antehac sæpius impegnerat Christo: sed non dum probauerat sine probare poterat: tamen quasi iam conuictus esset de eo criminis, morti eum destinant, volentes videri quasi præ aliis quæreret gloriari Dei. Veram è impij principes, semen Chanaan & non Iuda qui spiritus vos docuit gloriari Dei quæreæ cū morte vigenitiis eius? Non enim contra filium Ioseph, sed contra filium summi Dei consilium vestrum est. Conatus vester erat lesum a Nazareth dolo tenere & occidere. Et successe. Verum quem alium cepistis & occidistis, quam propium vestrum Messiam, verum & magnum illum prophetam, saluatorem Israelis, regem gloriæ, principem vitæ, pastoremque optimum, qui ad vos perditas oues ex immensa misericordia Dei missus erat? Hoc consilium vestrum Iacob à lōge præuidens, abominatus est. Simeon, inquit, & Leui vasa iniquitatis bellantia. In consilium

eorum nõ veniat anima mea. Male dictus furor eorum, quia pernix &c. Huiusmodi consilia etiam postea non semel habuistis contra Apostolos Christi, donec iustus Deus impietatem vestram amplius ferre non valens, Romanis vos deuastandos tradidit. Sed quid, inquit, impissillos ad tam horrenda consilia induxit? Primo ipsissimum iudicium Dei, per quòd iam dudi (vt merebantur) traditi erant in reprobum sensum qui ad perscrutem contra Christum, que manus & consilium Domini destinauerat. Erant enim vasa ad contumeliam.

Deinde ipsos extimulanti diabolus ipse, qui iam inde ab exordio tanto plus insaniuit, quanto clarius gloria Dei emicuit.

Præterea aderant illis & alii duo pessimi consultores, ambitio scilicet & avaritia. Timebant enim & gloriam & quantum sibi peritura. Hæ enim pestes ad næl la non mala mortales præcipiunt: Id quòd patet in Core, Dathan & Abiron, in Absalon in Nabuchodonosor, Cyro, Iuda prodito re, omnibusque tyrânis & impiis.

Sic filii hominum naturaliter magna appetunt, puta gloriam, & diuitias: sed in hoc errat, quòd nec veram gloriam, nec veras diuitias querunt. imò nec temporaria illa eo modo querunt, quòd queri debent. Gloriam enim & diuitias non inueniunt, qui anxie eas querunt, sed qui ea contemnant. Si veram gloriam cupis, fuge gloriam hominum: Si veras diuitias cupis, expende & distribue fallas illas in egenos.

Dicebat autem: Non in die festo, Ne forte tumultus fieret in populo.

Dicit

Gen. 49.
Acto. 4. 5.
6. & 22.

1. Tim. 2.

2.

3.

4.

5.

Diem festum intelligit aut magnum illud fabbarum, quod intra festa Paschalia incidebant. huius rationem habere volebant. Non tamen propter ipsum festum, sed ne tumultus fieret in populo. Non metuebant Deum, sed plebem, nec verebantur homicidio polluere diem festum, qui non ausi fuissent vesci panibus fermentatis, quamvis nihil illis opus fuisset hæc timere. Quales enim sacerdotes, talis et populus erar. Interim tamen expressa fides hypocritarum natura, qui multa quidem bona faciunt, sed tantum ut videantur ab hominibus. Et mala etiam committunt, sed quatenus periculum imminet ab hominibus. Dei nulla apud eos ratio est. Non est timor Dei ante oculos eorum, ait Psalmista. Ex omnibus igitur his vides, quod in illi

Mat. 23. verè fuerunt vasa iræ Dei. Sic enim Deus cum externè quem aliquam punire vult, dat eis impios principes aut magistratus: propter peccata enim populi. Deus regnare facit hypocritam: Sic execratur aliquam gentem propter ipsius ingratiitudinem, impios permittit & immitte pastores: quales hi fuerunt, qui populi & spiritualiter & temporaliter, imò & æternaliter perdidit. Videmus etiam hic, diuinum cõsiliu aduerso conatu nõ impediri, sed promoueri. Nam statuerat Deus Christum glorificare, exaltaréque super omnes creaturas. Contra Pharisæi conabantur Christo hoc regnum eripere, & doctrinam eius è cordibus fidelium auferre. At quò plus impiis suis conatibus, diuino cõsilio resistebant, eo magis ipsum promouebant. Per mortem enim Christus ingressus est in regnum

& gloriam suam. Idem olim contigit filiis Iacob cum Ioseph fratre suo. Summa non est fortitudo non est sapientia, nõ est cõsiliu contra Dominum. Quod enim Dominus decreuit, nemo potest infringere. Hæc enim igitur audimus, quantum mali Iudei ex sua parte cogitarunt. Nunc cõsequenter audiamus, quid boni ex altera parte factum sit.

Cum autem esset Iesus Bethanie in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastru vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recubentis.

Quam felices summus nos Christiani, quibus omnia in vti litatem cesserunt, quæ in passione Christi facta sunt. Sicut enim etiam sanguinarium illud phariseorum concilium in bonum nobis cecidit, sic & nobis in bonum cedit, quòd pretiosum illud vnguentum in Christo caput effuditur. Illic in Iudeorum concilio Christus suos hostes habuit: hic contra suos etiam amicos & ministrantes. Illi eum inhonorabant & mala intentabant. Hæc mulier ipsum honorat & bonis afficit. Sic seminum diuina sapientia glorificat ordinat, vt ubi aduersarios habemus, illic contra sint qui nobis bene velint, vt Paulus dicit. Circa hanc autem historiam magna semper etiam apud veteres fuit disputatio, an scilicet videret hæc, eadem sit cum ea que scribitur apud Iohannem, & etiam cum ea que est apud Lucam. Et communiter quidè putatur vna fuisse

Gen. 37.
Pro. 24.
Ira. 14.

2. Cor. 6.

Iohan. 12.
Luc. 7.

Mat. 26. fuisse mulier, de qua & Matthæus cap. xxvi. & Marcus cap. xiiii. & Lucas cap. vii. & Iohannes cap. xii. scribunt. Contra hoc autem est Origenes in hom. xxv. super Mathæum, vbi multas dissonantias Euangelistarum adducit. E quibus concludit, versimilius esse quod non vna, sed tres fuerint mulieres, Vna, de qua Mathæus & Marcus. Altera, de qua Lucas, quam & peccatricem nominat. Tertia, de qua Iohannes mentionem facit, quam & Mariam sororem Lazari nominat. Faber Stapulensis etiam tres mulieres fuisse contendit, sed aliter eas discernit. Primam enim nominat, peccatricem illam apud Lucam. Secundam, Mariam sororem Marthæ, de qua in tribus Euangelistis, Mathæo, Marco & Ioanne, mentio fiat. Tertiam autem nominat Mariam Magdalenam, quæ Dominum in sepulcro vngere voluit. Secundum ipsum igitur peccatrix Christum longè ante passionem vixit: Maria autem soror Marthæ & Lazari, iam proximum passioni vixit. Cæteram Mariam Magdalenam omnino contendit fuisse mulierem Galilæam è qua Christus antea festum dæmonia eiecerit, vt habetur Marc. 16.

Christofomus & Theophylactus sentiunt tres Euangelistas, Mathæum scilicet, Marcum & Lucam, de vna muliere loqui. Iohannem autem de alia Ambrosius hæret, vixitque ex hoc scrupulo se explicare potest, ad eum in fine dicat: Potest ergo non eadem esse, nõ sibi contrarium Euangelistæ dixisse videantur &c. lib. 6. super Lucam. Nec adhuc, quisquam facile hic defi-

nire potest. Certum quidem est, quòd Mathæus & Marcus de vna & eadem muliere loquuntur. Et quia vñtio cuius Iohannes mentionem fecit, etiam Bethanie facta est, & his ipsis diebus ante festum Paschæ, & instante Christi passione, versimile est quòd eandem mulierem intelligat, de qua alii duo Euange. scripserunt: quam & proprio nomine exprimit, quod alii non fecerunt.

An autem hæc Bethanensis Maria intra paucos hos dies his Christi vñterit, primò scilicet pedes eius, vt Iohannes habet: deinde etiam caput eius, quòd Mathæus & Marcus restantur, & quod illic solus Iudas, hic autem omnes Apostoli simul murmurauerint, aliorum sit iudicium.

Hoc certum est, vnam & eandem mulierem apud tres Euangelistas esse, quicquid sit de peccatrice illa.

Certum item est, quod hæc Christi vñtio ante passionem, Bethanie facta est. Verùm hic oritur alia questio, in cuius domo facta sit, Nam Mathæus & Marcus domum Simonis leprosi nominant, Iohannes autem videtur innuere, quòd in domo Lazari aut Marthæ facta sit. Hic respondentium videtur, quòd vel Simon ille leprosus, pater fuerit Lazari & sororum eius, vel quòd Mariæ Christi vñxit, & in domo propria, & in domo Simonis leprosi: qui sic quidem cognominatur: non quòd eo tempore leprosus adhuc esset, sed quòd olim fuerat leprosus, sed per Christum mundatus.

Restat vnum scrupulus, quòd etiam Lucas dicit Christum vñtum & peccatricem in domo Simonis, quæ res adhuc suspicionem alicui

Luc. 7.

alicui ingerere pedem vnam tantum esse mulierem vnus omnes euangelistas, etiam si apud omnes vel minus de ea scribat, quam alter, quemadmodum & in aliis facere conseruerunt. Vix enim credibile est, duos fuisse Simonas, in quorum domibus Christus bis vnctus sit. Accedit ad hoc, quod tam Lucas quam Ioannes scribunt, quod mulier capillis suis terteret pedes Iesu, quod & ipsum arguit, vnam & eadem fuisse mulierem. Nec illud obstat, quod inter duos Simonas alter dicitur Pharisaeus, alter leprosus fuisse. Possunt enim haec in eundem hominem competere.

Sic igitur etiam nunc vix potest certum aliquid hic definitur, quare his omisiss, ad ipsam historiam accedamus.

Dicitur mulier haec attulisse alabastrum vnguenti precioso, vel secundum Marcum Nardi spicati preciosi, vel Nardi piscifici secundum Ioannem. Fuit enim, vt coniecit, ex Nardo & balsamoceni generis oleum, si adulteratum non fuerit, preciosissimum iudicatur. Atqui Ioannes expressit dicit, quod vnguentum hoc fuerit ex nardo piscico, id est, certo & vero & non adulterato. vnde & a discipulis pro trecentis denariis aestimatur.

Huiusmodi autem pretiosa vnguenta, non rara erant apud diuites: Inter quae preciosissimum dicebatur vnguentum regale, in quo multa & preciosae species commiscebantur, vt Nardi spica, opobalsamum, myrrha casta, cinamomum &c. Nec multo vilius fuisse credendum est hoc vnguentum Marianum.

Consentit Plinius, qui de Nardino vnguento ferme similia scri-

bit libro decimotercio, capite primo, vbi & addit, quod Nardus Syriae optima sit, & alibi dicit quod huiusmodi vnguenta optimae seruantur in Alabastris, libro duodecimo capite duodecimo. Alabastra autem, vascula sunt vitrea, quibus solent vii pharmacopola.

Iam videamus pulchram huius mulieris mentem. Primo, quod omnes in ea domo Christo ministrare studebant ad passionem processuro, (parauerant enim ei cenam, Martha ministrante) etiam Maria ociosa non fuit. Sic enim in Ecclesia fieri debet, vt nemo ociosus sine, sed singuli certatim pro viribus Christo ministrant, ac se mutuo superare contendunt. Studeant pigri imitati praerentes. Qui autem fortiores sunt, tanto feruentius ad altiora contendant, quanto diligentius alii eos imitantur. O felix domus in qua haec fiunt.

Deinde vide, quanta fiducia mulier haec ad Christum accedit, quem tamen etiam Ioannes ille sanctus in Iordane tangere formidabat. Hanc autem fiduciam non aliunde haussit, quam ex toties perspecta & experta Christi bonitate. Non igitur fuit temeritas in hac muliere, sed ingens charitas & amor impotens. Sic enim fideles, etiam si non dum omnino sine peccato sint, fiducialiter tamen adfuerunt Deum dicere: Pater noster qui es in caelis &c.

Praterquam mulier haec benefactrix Christi, nihil terribiliter pharisaicum minus & diuis excretionibus, nihil mota aliorum vel irrisionibus, vel murmurationibus, eo contenta, quod Christus boni consuleret ipsius ministerium. Sic fides

fides non curat mundum, dummodo Deo placeat.

Ad haec non qualecunque vnguentum affert, sed preciosum & optimum, & in magna quantitate: totam enim librā attulit, vt Ioannes ait: Haec est enim natura charitatis, quod modum non habet, quin potius largiter effundit, quicquid optimi habet, in Christum. Nec attendit quid & quantum effundat, fed cui & pro quo.

Insuper non tantum pedes Christi vngit, secundum Ioannem, sed etiam caput eius, vt Mattheus & Marcus testantur, parata scilicet in omnibus ei ministrare, & quod prius laudabiliter inchoauerat, (si tamen vna tantum fuit mulier vtrobique) nunclaudabilius perficit. Primo enim tantum pedes vngit, hic pedes & caput simul. Sic nimirum & nobis a pedibus Christi ad caput, id est, ab humilitate eius ad diuinitatem ascendendum est.

Ceterum ex eo quod dicitur, etiam caput Christi vnxisse, patet quod non crassum aliquid vnguentum, (hoc enim magis Christum foedasset) sed liquor aliquis gratus & odoriferus, vel aqua preciosa, vt supra dictum est.

Postremo etiam capillis suis terxit pedes Christi, quasi amore ebria, nesciens quomodo ei vltimus ministraret, ac parata etiam plura adderet, si posset. merito igitur audiuit: Quod posuit haec, fecit. Sic igitur mulier haec reuera totam domum Dei impleuit bono odore pti illius reuerentia, vnde electi adhuc recreantur, & ad similia incitantur.

Interim Christus haec permittit & silet. Imo & gratum habet haec obsequium, non quod huius-

modi voluptatibus caperetur, nec ideo quod opus ipsum in se tam preciosum esset, sed quod ex magna fide & deuotione procederet. Hoc enim Christus potissimum in operibus nostris attendit. Deinde Christus etiam ideo se vngi permisit, quia vnctio illa praefigurabat eius mortem & sepulcrum, vt Iustus infra dicitur.

Quantumuis autem Christus per omnem vitam se humilime gesserit, mortem tamen quam nulla necessitate, sed sua sponte pro totius mundi salute passurus erat, & qua deuiturum erat diaboli, voluit honestari. Hinc est quod proximus morti, cum triumphali pompa Hierosolymis inuectus est, & hinc ante mortem preciosissimo vnguento vngi voluit: & mortuus, in sepulchro nouo, & lapide exciso, sepeliri, sicut omne munda, & nobilis viri cura inuoluit.

Ideo autem mortem suam potius honestare voluit, quam vitam, ad consolationem scilicet suorum, vt scirent preciosam esse mortem sanctorum, etiam si vita in gloria sit: & tunc nos veraciter gloriae appropinquare, cum ad mortem appropinquamus.

Ceterum haec Christi vnctio, quodammodo representatio est eius vnctionis, qua & patre in re-

gum & sacerdotis vnctus est prae participibus suis oleo laetitiae, id est, Spiritu sancto & plenitudine gratiarum, vt habetur Isaia 11. Eius vnctionis stillas, capillis capitis Dei absterguni, id est, omnes electi. De plenitudine enim Christi omnes accipiunt. Merito autem sancti dicuntur capillis capitis Dei. Sicut enim capillus res quidem in se mor-

b tua

rua est, tamen adhæret capiti, & ipsus ornat: sic sancti in se quidem mortui sunt.

Col. 3. Mortificant enim membra sua supra terram & quotidie moriuntur, hoc est, mori parati sunt pro Christo: tamen Deo ut capiti adhærent, & in ipso viuunt.

Imò ipsum caput ornant. Deum enim glorificant verbo & opere, & in ipsis glorificantur Deus.

1. Hinc igitur duplex nobis consolatio confurgit, idèd, quòd certò scimus hunc eundem Christum tantoperè à Iudæis contemptum, à Deo patre vñctum, id què omnium preciosissimum vnguentum, cuius vel solus odor totum mundum recreat. Deinde, quòd scimus etiam in nos peruenisse eius vñctionis stillas, & adhuc peruenire.

Allego- Deinde hæc historia etiam totum statum Ecclesiæ adumbrat.

Fid. 2. Simon enim leprosus, in cuius domo hæc facta sunt, quique audiens vel obediens interpretatur, Iudæum populum significat, qui primò verbum Dei audierunt. Ipsis enim commissa sunt eloquia Dei.

Rom. 9. Habuit idem populus, cum adhuc finis euset, egregiam domum in qua Deus libenter habitabat, congregationem scilicet fidelium: tunc enim Deus tantum in Iudæa noxus erat. Leprosus autem factus propter incredulitatem suam Iudæicus populus, ipse quidem à domo illa exclusus fuit, sed domus ipsa mansit. Imò maior effecta est. Ex synagoga enim Iudæorum, facta est vniuersalis Ecclesiæ credentium.

In hac domo sunt tria genera

hominum. Aliqui è morte peccatorum resurgunt & conuertuntur: Hi signantur per Lazarum.

Alii in laboribus viuunt propter externa, quæ tamen ipsa ad gloriam Dei ordinant: Hi per Martham signantur. Aliqui tantum Deo & spiritalibus vacant: hi sunt Maria.

Imò quilibet Christianus has tres personas gerere & in se habere debet.

Primò fit Lazarus, à peccatis resurgendo & fugiendo.

Secundò fit Martha, in bonis se occupando.

Tertio fit Maria, Christum vngendo. Vnguentum quo Christus vngi debet & vult, primò fides est, non tamen quacunque, sed quæ optima est, nempe Christiana. Debet autem eadem fides ex nardo consici, id est, debet habere feruorem, vt scilicet per charitatem operetur.

Non fit adulterata per admixtionem errorum. Sit plena, libram scilicet habens, nec in aliquo articulo dubitet.

Vngere autem debemus Christus caput & pedes, id est, credere eius diuinitatem & humanitatem. Hæc sunt quæ Christo exhibere debemus in persona propria.

Ceterum nòdum totum Christum honoratis. Nam habet etiam mysticum corpus, Ecclesiam scilicet, in quâ ipse est caput, pedes autem omnes, qui in ipsum credunt.

Vnguentum autem quo hoc corpus vngi debet, est charitas de corde bono & fide non ficta.

Vnge igitur & caput & pedes, i. Tim. 1. id est, dilige Deum & proximum.

Non tamen sufficit charitas

ex

ex corde, nisi addas & capillos, per quos externa diuinitate significatur, tum quia externa ornatur, tum quia nec viuunt, nec vntur, nec à morte liberantur: tum tertio, quòd peritæque ad superfluitatem habentur, quemadmodum & capilli.

Et quemadmodum sine dolore capilli abscedunt, sic minime grauari nos debet externa pro commodo proximi impendere, cum Christus seipsum impendat nobis. Vel aliter: Capillus mortuum quid est. Sic si mortuum aliquid in te habes, peccatum scilicet, fac quod Daniel præcipit: Peccata tua elemosynis redime. Summa: Vñctio hæc significat bonum illum odorem honorum operum, quos non credentes exhibere debemus corpori Christi, id est, sanctæ Ecclesiæ & membris Christi, exemplo illius mulieris ex charitate non ficta, iuxta illud: Quod vni ex mi nimis meis fecistis, mihi fecistis.

Dan. 4. Sic tam Origenes quam Augustinus, vñctionem illam referunt ad bona opera Ecclesiæ, & pulchre etiam conuenit.

Mat. 25. Sicut enim domus illa Bethanienis impleta fuit odore vnguenti, sic bona opera Ecclesiæ, quæ vera Bethania est, pariunt bonæ famæ odorem coram omnibus gentibus.

1000. 13. Nec aliò Christus ipse hæc vñctionem interpretatur, nominat enim ipsam bonum opus.

2. Cor. 2. Christianis igitur incumbit bene operari, nec impensas fugere debent, dummodo membris Christi consulatur.

Nec enim aur aut argenti eos poenitere debet, quod corpori

Christi impendunt. Non tibi re, sed optime conferuatur, & summe placeat Christo quod membris eius impendit.

Videntes autem quidam discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum hoc vendari multò, & dari pauperibus. Et fremebant in illam.

Dan. 4. Quod Ioannes de vno Iudæa scribit, hoc Marthæus & Marcus de Apostolis in genere scribunt. Et fieri potest, quòd tam Iudas quam alii Apostoli murmuraerunt, verum longè diuersa ratio ne permoti.

Discipuli enim hoc vel ex igno- rantia vel simplicitate fecerunt, putantes Christo hoc cõtrarium esse, quem sciebant huiusmodi delicias nequaquam vti solum, nec dubitabat, magis ex animo eius futurum fuisse, si integrum datum fuisset pauperibus. Idèd Christi responsio, auditore, tacente & boni consulant.

At Iudas longè alia ratione permouebatur, quam tamen peccata peccare velabat.

Præferebat enim quasi zelaret honorem magistri sui: quasi dicat, Quid tam bonum magistrum molestamus his nugis, cum sciamus eum non delectari in huiusmodi?

Deinde præferebat se zelare honorem totius collegii: quasi dicat, Nostro conuiuius non con-

b 2 uenit

B. 2. 2. 0. 2. 2. 2.

uenit ista magnificentia: paupertatem professi sumus, Christum pauperem sequendo: paupertas igitur nos decet. Quid si homines resiciunt? nonne, scandalizabuntur?

3 Maximè autè præcedit, quasi multum sollicitus esset pro pauperibus, quasi dicat: Si decretum erat mulieri, rem tam preciosam elargiri, poterat donata vèdi, & precium dari pauperibus: hoc nimirum sanctus erat, & magistro nostro dignus.

O insignem hypocrità. Vides quam bona specie auaritià suam palliat. Quis non iudicasset eum sanctum & bonum? Ceterum Ioannes illi detrahit larvam, ac plene malitiam eius detegit.

Hoc (inquit) dicebat, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat: & loculos habens, ea quæ mittebatur portabat.

Hic habes causam quarè Iudas maluisset vnguentum venisse trecentis denariis, quia scilicet voluisset, & potuisset furum facere de ipsis trecentis denariis. Potuisset autem virque satis commode, quia loculos habebat &c.

Verisimè autem de ipso dictum est, quòd non pertinebat ad eum de egenis: quomodo enim pauperibus compateretur, qui ipsam pauperum misericordiam, in mortem tradere non veretur? Excesserat animus eius omnes terminos humanarum miserationum, tamquæ à pietate alieni peccatoris erat, vt ipsam pietatem trucidaret.

Verisimè etiam, imò & modestissimè quoque de ipso dicitur, quòd fur erat. Potuisset enim eum Ioannes atrociori vocabulo denotare. Non enim simpliciter fur erat, sed etiam sacrilegus.

Quòd si iudiciù seculare grauius punit furtum Reipublicæ, quòd dicitur peculatus, quam furtum rei priuatae: quanto detestabilior est fur sacrilegus?

Et si grauius puniunt qui proprio Domino infidelis est & furatus, quanto magis qui furatur Deo?

Atqui Iudas proprio Domino infidelis fuit, eaque furabatur quæ Christo & pauperibus debentur, quòd vtique sacrilegium fuit.

Sic igitur statim in exordio passionis habemus respectum & misericordiam & iudiciù Dei, illi in Maria vngente, hunc autem in Iuda. Reuera enim mulier illa, vas fuit misericordiam & gratiam ad consolationem credentium: Iudas autem, vas itæ ad terrorem omnium malorum.

Et quòd hic vides in exordio passionis de muliere & Iuda, hoc idem vides in fine passionis de Execr. duobus larionibus.

Vt verè sit quòd Ezechiel de quatuor animalibus dicit, quòd habebant oculos antè & retrò. Qui enim fuit oculi huius animalis quatuor facierum, nisi respectus misericordiam & respectus iudiciù? Virunque autem vides & antè & retrò, id est tam in exordio quam in fine passionis.

Vtrunque autè ostendere voluit in sua passione, vt sciremus eam multis futuram esse in ruinam, multis etiam in resurrectionem: Impiis in ruinam & iudicium, piis verò in resurrectionem.

Deinde

3 Deinde in Iuda vides exemplum perfonatorum Christianorum, qui speciem quidem pietatis habent, & boni operi faciunt: sed cor habent, inuidia, emulacione & auaritia obsecratum: quemadmodum & Iudas inter Apostolos obambulat, Christi discipulum se fingit, cum tamen ex animo odiat eum.

3 Præterea, in Iuda se prodit impia hypocritarum natura. Solent enim hi suis cupiditatibus prætexere nomen diuinum quemadmodum Pharisei inuidiam suam contra Christum prætexunt Reipublicæ nomen & communem generis totius vitilitatem. Ita Iudas suæ auaritiæ velamen quærit è cura pauperum, cum nihil minus curaret.

1 Ceteram sicut tunc etiam inter Apostolos impius Iudas inuentus fuit, sic inter Christianos nunquam desunt Iudæ similes. Horum primi sunt hypocritæ, de quibus iam dictum est.

2 Deinde qui in his quæ alii expendant, statim clamant, cur non datum est pauperibus? cum interim ipsi sua turpiter prodigant, nec tamen vnquam de pauperibus cogitent.

3 Præterea Iudæ similes sunt, qui pauperibus quidem consultum volunt, sed solis. Damnant enim quicquid aliis in cultum Dei expenditur. Damnant item omnes homines, status, opera, quæ proximo nullum externum commodum afferunt, planèque affirmant ea tantum esse opera bona, quæ proximis impenduntur. Atqui zelus hic non est secundum scientiam. Ita enim diligendus est proximus, vt tamen potior sit Deus.

Dupliciter igitur errant hi.

Primo, quòd tantum volunt feriri proximo, quasi tria prima mandata legis nihil sint. Scimus præceptum de diligendo proximo, à Christo commendari: sed interim etiam scimus eundem Christum dixisse, Hoc est primum & maximum mandatum, nempe Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota &c. Sic non tantum dixit, Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris: sed addit, & quæ Dei sunt, Deo. Matth. 22.

Deinde etiam in hoc errant assertores illi, quòd putant proximis externis auxiliis tantum egerè: hinc enim est, quòd ea ope quibus spiritualiter iuuatur proximus, nihil esse putant. At corpori humano non sola manus necessaria est, quæ victum parat, sed etiam oculus, qui, etiam si victum non parat, aliam tamen commoditate corpori afferit. Sic proximo non tantum illi deseruiunt, qui vxorem & liberos eius nutriunt, sed etiam, imò plus illi, qui docent, orant &c.

Nemo igitur exemplo Iudæ, alterius statum aut opera (nisi aperte mala sint) dānet, sed quilibet secundum vocationem suam Ecclesiæ commodis prospiciat.

Maximè tamen omnium Iudæ 4 dam referunt, qui etiam nunc loculos Domini defraudant, hoc est, bona Ecclesiæ pro ministris & pauperibus oblatam, infideliter trahant: quales sunt qui huiusmodi bona per fas nefasque rapiunt: & quantum possunt congerunt, & eisdem non nisi ad luxum & pompam ditandis que consanguineos vniunt: interim nec Deo, nec Ecclesiæ nec pauperibus seruiunt.

Horum sacrilegam auaritiam s

b 3 vident

Ioan. 11.

Iudæ similes.

videntes prophani principes & ipsi quæque ad se rapiunt. **Psal. 49.** Impleturque illud Psalmi: Si videbas furem, currebas cum eo. Nemo autem attendit quod in eodem Psalmo sequitur: Hæc fecisti, & tacui. Et paulo post Arguam te, & statuum contra faciam tuam.

⁶ Sunt & alii circa loculos Christi peccantes, qui vel renunt dare quod Ecclesie debent, vel insuper etiam Ecclesie bona temere ad se rapiunt.

⁷ Itemque qui ex meretricum bonis sibi ad hoc commissis, vt vel debita soluant, vel male parta restituant, vel in pauperum vsum relicta bona distribuunt, nihil horum faciunt, sed omnia in suum commodum conuertunt.

Et quid hi aliud faciunt, quam quod Iudas fecit? Atque hæc adeo frequenter fiunt, vt in prouerbium & iocum abierint, nec putentur amplius esse peccata.

Hinc igitur videmus verè paucos esse, qui temporalia sine peccato admississent. Qui enim tangit picem, inquinabitur ab ea, Ecclesiastici decimo tertio.

Et qui volunt diuites fieri, incidunt in varias tentationes & in laqueos diaboli. Timor. 6. Videmus item quod nemo sit idoneus dispensator. Euangelicæ doctrinæ, cuius animam occupat pecuniæ cupiditas. Videmus tertio auariciam esse radicem omnium malorum. Ex Apostolo enim & furem & proditorum fecit.

Verum Iudam cum suis sequacibus relinquentes, ad historiam reuertamur.

Audistis igitur pium opus mulieris: audistis econtra discipulorum indignationem. Quid hic facit mulier? Non excusat se ipsam, cõeientia testimonio propriæ conscientie, quam sciebat Christo optimè notam. Gloria enim & excusatio nostra debet esse testimonium bonæ conscientie.

Econtra autem Christuseam defendit. Ipse enim nedum iudex est, sed etiam aduocatus suorum, eoque defendit non tantum contra calumnias mundi & diaboli, sed etiam coram iudicio Dei. Aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. **1. Ioan. 2.** Hinc Paulus tam confidenter loquitur, Christus, inquit, qui mortuus est, qui & resurrexit, interpellat pro nobis. Quis ergo accusabit aduersus electos Dei? Nihil igitur tibi nocere potest calumniator, si te & opera tua probet Deus.

Cæterum Christus partim in singulari propter Iudam, partim in plurali propter alios discipulos responderet, & his quidem leniter & mansuete, illi autem admodum duriter loquitur.

Sine illam, vt in diè sepulture meæ seruet illud.

Hoc Iudæ dictum fuit, quasi dicat Christus: Scio quod molestus tibi & inuisus sum, sed peccata paulisper, subducentur tibi ex oculis, nedum præsentia mea, sed etiam gratia. Non est perditum opus, vt tu putas, effusio vnguenti huius, nec sine causa ego hoc permisi

permisi magnam aliquid portendit & significat, nempe me propediem moriturum & sepeliendum in fragrantiam omnium electorum. Solent quippe mortuorum corpora vngi: quod igitur mortuo mihi facere non poterit, hoc nunc quamuis infelix præuenit. Igitur sine illam. Et hætenus quidem ad solum Iudam loquutus est. Sequitur in Mat. 40.

Quid molesti estis huic mulieri? Bonum opus operata est in me.

Hæc discipulis in genere dicta sunt. Est autem sensus: quasi dicat: Quid molesti eris vos? Vos inquam, non cuiusque, sed huic mulieri: & propter opus non qualecunque, sed quod vel me iudice bonum est. Non est vestrum bona opera videre, sed **Ma. 47.** promouere. Officii vestri est, calumnam quassatam solidare, non confringere: & linum fumigans fouere, non extinguere, quemadmodum de me scripsum scitis, & me facere vidistis.

¹ Docet igitur Christus hoc verbo, ne obstitamus ab bona tendentibus. Noli, inquit Sapiens prohibere eum qui bene facit. Et tu quoque si benefacere non vis, sine alios benefacere: aliqui dupliciter reus eris, & quod ipse lignum aridum & infrugiferum es, & quod alios impedis.

² Docemur hic secundò infirmos suscipere & tolerare, nec eorum opera, etiam si non ex æstimate fiant, reprehendere, ne tertii omnino desistant, sed favore nostro ad altera ipsos prouehamus. Quid molesti, inquit, estis huic mulieri? mulier est, non vir: Expecta igitur

donec grandefcat, & maiora faciat.

Docemur tertio non temerè aliorum opera iudicare, cum ignoramus qua intentione facta sint. Quis tu, inquit, es qui iudicas alienum seruitum? Quis igitur **Rom. 9.** alius molestus es? Non tuum est coram & intentiones iudicare, sed meream.

Docemur quartò, vt boni etiam consulamus veterum liberalitatem & magnificentiam in construendis & donandis, imò distandis Ecclesiis. Qualiacunque enim fiat externa illa, certe restantur in eis fuisse gratum & deuotum animum, paratum omnia in seruitium Dei expendere.

Docemur quintò, Non solum bona opera esse quæ proximo & pauperibus fiunt, sed etiam quæ ex deuotione Deo fiunt, vt & supra admonui. Vnde & Christus vnctionem hanc, apertissime bonum opus pronunciat. Docemur **6** sextò, quod Deus nedum corde & spiritu, sed etiam corpore & rebus externis sibi seruari velit à nobis: vt vel sic testemur, quod omnia hæc ab ipso accepimus.

Postremò videmus ex hoc Christi verbo, quod opera nostra etiam quantalacunque sint, Deo placent, si ex fide & dilectione procedant. Tamest enim nihil est quod ipsi postsumus tribuere, nam omnia ipsius sunt: per placet tamen ipsi gratia voluntas, dū quod suum est, libenter in honorem eius expendamus. Quodcunque igitur potest manus tua, instanter opere. Est enim merces operi tuo. Nec te Iudam impedire sinas &c.

Pauperes enim semper

Ecc. 9.
Iere. 31.

per habetis vobiscum,
& quandoquē volue-
ritis, potestis illis benefa-
cere: Me autem non
semper habebitis.

Q. d. Quod pauperum curam
habetis, laudo. Nolite autem me
propter ipsos hoc honore fraudare.
Ratio est, quia me post paulu-
lum tempus non amplius videbi-
tis. Pauperum autē, pro quibus
soliciti estis, semper copiam habebi-
tis. Tūc igitur & date, & alios ad
dandā persuadete; quantum pote-
stis. Ceterū hoc nūc sic vult esse.

Dupliciter autem exponi po-
test hoc verbū. Primo sic: Paupe-
res habetis vobiscū, habetis item
& me. Illis tenemini subuenire vt
fratribus eiusdē naturæ & fidei:
mihī tenemini seruire vt creatori
& redemptori. Iam nunquā vo-
bis deerit occasio ministrandi
proximo. Mihī autē non semper
poteritis corporale ministerium
exhibere. Non enim semper ha-
bebitis me in ista visibili forma.
Nolite igitur indignari, quod mul-
lier hæc dum corpore præsens
sum, corporale mihī exhibuit mi-
nisteriū. Veniet hora, qua & vos
similia facere oportebit, sed non
poteritis. Desiderabitis, inquit,
videre vnam diem filii hominis.

Luc. 17.

Ioan. 9.
Gal. 6.

Docemur igitur hoc verbo
iterum, vt non celsus bene ope-
rari, quandoquē & quando
occasionem habemus. Non enim
semper id poterimus. Veniet eni-
m nox, in qua nemo operari
poteſt. Dum tempus igitur habe-
mus, operemur bonum.

Aliter exponitur verbum hoc:
Pauperes semper habetis & c. q. d.
Non prohibeo pauperibus bene
facere, Id enim Domini man-

datum est. At non satis est pauperibus
bene facere hoc enim
possunt & hypocritæ. Hoc autem
tempus, quo me iam habetis, ma-
ius aliquid exigit. Persequuntur
me nūc Iudei, & scribunt quot-
quot in me credūt. Hic igitur ne-
cessariū est, vt qui in me credūt,
testentur fidē suā aperte. Nōdū
autem aperte me confitentur, sal-
tem hoc tempore, qui pauperibus
benefaciat: sed qui sic mihī
benefaciat, vt mulier hæc fecit.
Hoc enim opere palam testatur
fidem suam quam in me habet,
idque sine omni timore.

Hinc igitur discamus confes-
sionis Christi modum. Tempore
siquidem persecutionis non
satis est, pauperibus misericordiam
impendere, sed tenemur
aperte fidem Christi confite-
ri, qui Christum negamus,
iuxta illud: Qui me erubuerit
coram hominibus, erubescam
& ego eum coram Deo. Sic tempore
hæresum & schismatum non
satis est verā fidem in corde
tenere, sed oportet eam confiteri.

Luc. 9.

Ceterū quod Christus dicit,
Me non semper habebitis:
Non sic intelligendum est, quasi
Christus iam non sit in mundo,
aut quasi tantum spiritu &
diuinitate nobiscum sit, non etiā
corpore præsens, maximē in sa-
cramento. Sed ita se dicit non
semper futurum in mundo, qua-
lem eum tunc habebat Maria,
nunc visibilem & tangibilem,
passibilem & mortalem. Me, in-
quit, non semper habebitis, si-
cut me modo habet mulier hæc, vel
sicut pauperes vobiscum habetis,
quibus corporalia beneficia
præstare poteritis. Huc pertinet
quod post resurrectionem suam
dixit: Hæc sunt verba quæ dice-

bam

bam cum apud vos essem &c.
Et tamen etiam tunc cum ipsis
erat corporaliter, sed non sic
cur prius, hoc est mortaliter &
passibiliter.

Luc. 24.

Sic corpus Christi non est in
sacramento visibiliter, sensibi-
liter & passibiliter, nihilominus
tamen fatemur ibi esse corpus
Christi, iuxta illud: Accipite &
manducate, hoc est corpus meū.
Nec valet consequentia, si dicas:
Corpus Christi aliquo modo
hoc est visibiliter, non est in
sacramento: ergo simpliciter non
est in sacramento. Sicut nec hæc
consequentia valet, Rex non
sedet coronatus in mensa, ergo
nō sedet in mensa. Est enim fal-
lacia secūdū quod ad simpliciter.

Mat. 26.

Quod potuit hæc, fecit:
Præuenit enim vin-
gere corpus meum ad-
sepuluram.

Q. d. Vel ex ipsa vñctione
coniciere possitis, me propediem
sepeliendum. Ceterū mihi sepe-
liendum sum, oportet vt prius
moriar. Iterum igitur Christus
commendat hoc opus mulieris:
ad eum omnibus inculcatum esse
vult studium bonorum operum.

Quadruplici autem ratione
hoc opus commendabile fuit.
1. Primo, quia ex magna deuotione
& amore processit.

2. Secundō, quod fuit quasi ma-
nifesta confessio fidei, quam mul-
lier illa habebat in Christum, &
ob id mansit, quam si omnem
suam substantiam erogasset in
pauperes. Nam qui erogat, facit
quidem pium opus, & confite-
tur eo opere Deum, sed nullo pe-
riculo: nec priuata, sed publica &
generali confessione. Ad hæc

laudem meretur, tantum abest
vt propter confessionem se cui-
piam periculo exponat. Hæc autem
mulier hoc suo opere & se &
sua summo periculo exposuit. At-
que ad demum est vera & libera
confessio. Hoc enim est, propter
Christum omnia relinquere &
periculo exponere.

Tertio commendatur hoc o-
pus etiam id eodē, quia sepuluram
Christi præfigurauit, quæ admodum
& veteris testamenti cære-
monia Domino placuerunt, non
quia opera, non quia preciosa e-
rant, sed quia Christum adum-
brabant, & ex fide in Christum
bona opera fiebant.

Vel ob si nihil aliud accederet,
vel ob hoc vnum commendari
meretur hoc opus, quod præfigu-
rauit totam Ecclesiam imple-
ndam fragrantia mortis Christi &
Euāgelii odore. Item quod præ-
ostendit, quales se erga Christū
exhibuerit essent fideles quique
vsq; ad finem mundi.

Amē dico vobis, Vbi-
cūque prædicatum fue-
rit Euāgelium hoc in
toto mundo, hoc quoque
quod hæc fecit, narrabi-
tur in memoria eius.

Euāgelium nominat passio-
nem suam, ac verē Euāgelii, id
est bonum nūciū est. Quid enim
lætius audire possit, quam filium
dei peccata nostra propria mor-
te sua abstulisse: Vbi cūque; igitur
mea passio prædicabitur, (ait
Christus) mirabilis etiā erit mul-
lier hæc etiāque fides. Inde enim
accipietur fideles quique exemplū
fidei & caritatis. Fidei quidem,
vt dicat & caput & pedes Chri-
sti

b 5 sti

ssi vngere, hoc ipsum & Deum & hominem confiteri, nullo mortis aut periculi metu cedentes; Charitatis autem, vt dicitur & ipsi vngento pedes Christi linere, operibus scilicet misericordie proximo seruare, & capillis suis tergere, hoc est, abundantia diuitiarum, qua sic abique penuria sua, pauperum inopiam suppleri, quomodo capillos fuisse; dolare capitis deponere possunt.

Habes hic, quibus rebus nominis immortalitas pareat; & acquiratur, nempe pietate honorum operum studio. Sicet enim impii pereant cum sonitu, & nihil nisi fidam famam post se relinquunt;

Eccl. 44. sic iusti in memoria eterna sunt.

Vnde Sapiens, Sunt, inquit, quorum non est memoria, perierunt, quasi non fuerint, & nati sunt, quasi non nati. Virorum autem misericordie nomen vinct in generatione & generatione. Sic mulier haec vno bono opere & perpetuum sibi & optimum memoriam fecit, quam nullam secula abolebunt: quam diu enim durabit Euangelium tam diu durabit laus & memoria huius mulieris.

Et tu igitur si nomen & memoriam cupis perpetuam habere, stude bonis operibus imitari *Luc. 10.* hanc Mariam, quae vt in Luca commendatur ab auditu verbi Dei, ita hic commendatur a studio bonorum operum. Et tu igitur vt runque connece, amorem scilicet verbi Dei, & studium bonorum operum.

Haec tenus igitur de hac historia dictum est. Sequitur in Textu.

Intrauit autem Satan in Iudam, cui cognomen erat Iscariotes, qui

erat vnus de duodecim: abiit; & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, dicens: Quis vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

Descripturus personam proditoris Euangelista, cogruè proximi sit, Satanam in ipsum intrasse, alioquin omnibus modis miranda esset, quoniam hominum tam mali esse posse, & tam impie & crudeliter in Dominum suum agere. Quia autem audimus Satanam in hunc hominem intrasse, minus mirum est eum tantum flagitium ausum fuisse. Vbi enim peccatum ille hospes est, illic nihil boni fieri potest. Nam sicut Spiritus sanctus eos, quos inhabitat, ad omnia bona incitat: sic nequam ille spiritus ad omnia mala.

Atque hic primò vides, quòd diabolus ipse passionem & mortem Christi procurauit, primò per hunc proditorem: deinde per manus peccatorum, Iudaeorum scilicet & gentium. Vnde & merito Satanus dicitur, hoc est, aduersarius Christo.

Vides deinde quam periculosum sit, diabolo semel locum dare. Non enim cessat sollicitare eos quorum semel infirmam expertus est fides, & instabile cor alienum implexi curis ad per hic videmus in Iuda, qua enim primò diabolus locum dedit auaritia suadet, nunc iam totus in eum intrat.

Ceterum Euangelista diligenter describit personam huius proditoris, tam ex nomine, quàm ex officio, vt magnitudo peccati manifestior fiat.

Nomen ipsum proprium, fuit Iudas, Cognomen autem, Iscariotes:

riotes: quod Euangelista signanter addidit, vt discerneret hunc Iudam à Iuda fratre Iacobi, qui & Thaddeus & Lebbzus dicitur.

Iscariotes autem, dictus fuit vel a tribu, vnde oriundus erat, nempe Isachar: Vel, vt quidam putant, a viculo in quo natus fuit: Alii putant hoc cognomen ipsius, adeò addidisse Euangelista, vt ostenderet ipsum huic facinori natum. Nam Isachar, vnde deducum videtur nomen hoc Iscariotes, significat mercedem. Secundum alios autem, Iscariotes deditur ab Is, quod significat virum: & Carath, quod significat excindere, perdere, exterminare: vt sic Iscariotes, quasi vir exterminans: quod nomen maxime huic homini conuenit, & re ipsa ostendit esse talem.

Habuit autem & aliud nomen, nempe Simon, id quod ex *Ioan. 13.* Ioanne apparet: Dedit, inquit, Iuda Simonis Iscariotae bucellam.

Pulchre autem haec tria nomina, conditionem huius hominis ostendunt, insuper etiam & peccatum illius aggrauant, & omnes falsos Christianos adumbrant. Sicut enim ille fuit Simon, inquam Euangelium Christi audiuit: (nam Simon, audiens interpretatur) fuit etiam Iudas, inquam tuum.

Iudas, confitens interpretatur: ceterum re ipsa & factis fuit Iscariotes, id est, vir exterminans: Sic Pseudochristiani audiunt

Euangelium, proficiunt Christum, sed factis ipsum negant, adeoque similes sunt Iudae proditori. Non sufficit audire & confiteri, si factis Iudam imiteris.

Habes igitur nomen proditoris: audi etiam officium eius. Erat, inquit, vnus ex duodecim, scilicet Apostolorum, quos Christus ex omni mundo elegerat in intimos amicos, quibus omnia secreta manifestauit. Hoc autem alius quidem magne fuit laudis, inter Apostolos scilicet Christi numerari. Verum huic non in laudem hoc cedit, sed in summum vituperium: eo enim abominabilior apparet eius malitia, vt cogitatur quòd Apostolus Christi fuerit. Quis non statim hoc audito contremiscat, quòd diabolus etiam intraret? Si autem fuit impius ille Apostolus aggredi, imò si potuit vnus ex ipsis in summum flagitium precipitare, quis nostrum securus erit? Non igitur temere Paulus *1. Cor. 10.* monet, vt qui stat, videat ne cadat. Et Petrus, vt sobrii simus & *1. Petr. 5.* vigilemus, scientes quòd aduersaria nos noster circuit tanquam leorugiens, & querens què deuoret.

Deinde quis non contremiscat, quòd in tam paruo tamque sancto collegio, tam impius homo inuenitur? Nemo igitur in homine, in sanctitate stans, officii aut vestis confidat. Si Iudam apostolatum sanctum non fecit, nec te sanctum faciet status, officium, aut vestis. Imò nisi sanctitatem prae à Deo quaeris & acciperis, fieri potest vt ex officio magis impius euadas. Item si Iudas non ideò bonus fuit, quòd inter bonos habitauit, & bonum officium habuit: sic nec tu melior es, quòd sanctum officii aut vestis geris.

Præterea si in tam paruo collegio, quod Christus ipse instituerat, inuenies est tam malus homo: non mirum est, si in collegiis magnis ab hominibus institutis, mali

mali inueniantur. Quilibet autē videat, ne in suo collegio vel cōgregatione id fiat, quod Iudas fuit inter apostolos. Postremo, quos non miretur, quod Christus ex his qui secum venerant, secum honorifice suscepti erāt Bethaniz, secum reficiebantur, vni inuenit qui cum intendebat prodere? Hoc nimirum est quod in Palmo conqueritur: Si, inquit, inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vique &c.

Psal. 54. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebās cibos: In domo Dei ambulauimus cum consensu &c. Ceterum quantumvis durum sonet, quod in consorcio Christi inuenti sunt mali: iucundum tamen sonat, quod tantum vnus fuit malus. Imo eo maior est aliorum Apostolorum gloria, quod tam impius hominem inter se habuerit, nullus tamen eorum motus est à sua pietate. Nam dubium non est, quin illos contra Christum incitare conatus sit. Econtrā autem eo grauior est Iudæ damnatio, quod inter tam sanctos viuens, nihil emēdatus fuit. Huic igitur vni odor ille vnguenti, quo alii reficiebantur, fuit odor mortis in mortē, imo quia iam in peccatis mortuus & sepultus erat, odorem vitæ ferre non valuit. Quid igitur fecit? Abiit, & totus ab Apostolis recessit. Abiit à Deo, stetit cum diabolo, apostolatam suam dimisit, Episcopatum suum alteri reliquit. Abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum stetit, & in cathedra derisorii sedit. Abiit ad principes sacerdotum, quos sciebat certis animis conspirasse in mortem Iesu, neque quic-

quam esse in mora, nisi vt sine tumultu caperetur. Ad id efficiendum nemo magis idoneus erat, quam aliquis è numero eorum, qui familiaritate proximè Domino iungebatur, quos non falebatur, quod se solus esset confessor Iesu. Et inuentus est in illo selectissimo choro, cui charius est esse impium lucrum, quam Dominus tam mitis ac beneficus.

Tanta pestis est auaritia, si cuius animus occupat. Sic igitur inuis ille ab Apostolis ad sacerdotēs hostes Christi, & ab eisdem rursus ad Apostolos currit, in signis hypocrita, celare studens impietatem suam, & interrim sub prætextu pietatis inter Apostolos confuabatur: imaginem ipsorum præ se ferens, qui Christiani videri volunt, interim tamen cum hostibus Christi amicitiam habent, quales sunt omnes Pseudochristiani.

Non contentus erat impius ille hostium Christi amicitiam, Christo relicto, ambire, nisi etiā ipsum Christum illis proderet. Quid, inquit, vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Hæc dicit non vocatus, non aliqua promissione illectus, sed propria malitia deprauatus, & inuidia contra Christum exæcatus, quasi dicat: Scio consilium vestrum de occidendo Iesu, ad hoc me sponte offero. mihi omnia eius consilia nota sunt & arcani secretes. Ego sine turbis ipsum tradere possum &c.

Vide hæc malitiā impij huius hominis, & insignem contemptum Christi. Primò, quod non vocatus hæc offert. Secundo, quod Christum ex contemptu non vocat magistrum, sed simpliciter dicit, Ego vobis eum tradam.

Tertiò

3 Tertiò, quod præciū in ipsorum voluminare cōstituit, paratus etiā pro minimo precio Christum prodere. Vides quid faciat auaritia? Verè radix omnium malorum cupiditas, quæ nihil non suggerit malorum. Libet igitur in impium illum propriaque salutis adeo negligentem, exclamare: O misera creatura, quid loquers? quid conaris? Adhucne pecunias amas & quæris? Quid ergo alius prædicasti à Christo missus? Ergone Iesum minoris æstimasti quam pecuniam? Nonne si tota Hierosolyma cum omnibus diuitiis suis oblata tibi fuisset, hoc tamen facinus in Christum in Dominum & Saluatorem tuum committere non debueras? Verum exæcatur auaritia & inuidia, vt pro parua vel vindicta vel pecunia, non dubitet homo in Deum ipsum impius inueniri. Sequitur.

Quo audito, gauisifunt, & polliciti sunt ei se daturos triginta argenteos, Et ille spondidit, Et ex eo tempore quarebar, quomodo opportund illum traderet sine turbis.

En tantula mercede, triginta scilicet argenteis, ad facinus immensissimum conuocatur proditor ille: tamque vili æstimatus est sanguis ille preciosus, pro quo fideles parati sunt nedu sua, sed etiam seipsos exponere. Id autem impij quique tamen vile iudicant.

Huius venditionis figura præcelsa, in Ioseph, qui & ipse venditus fuit à proprijs fratribus. Di-

uina enim prouidentia factum est, vt Ioseph, qui corpus tantem & animam habuit, viginti tantum argenteis: Christus autem, qui præter corpus & animam, etiam diuinitatem habuit, triginta argenteis æstimatus & venditus fuerit.

Hic igitur primū vide, quales iudices fuerint sacerdotes illi. Officij illorum erat proditorum illum iusto supplicio compescere, omnibūque hominibus eum exemplum facere, vt similia cauerent. Verum ipsi ad aduentum ipsius gaudent, ipsum verbis pro-uocant, præmijs alliciunt ad facinus, vt magis audeat. His similes sunt plerique magistratus & principes, qui data opera, homines impios fouent, incitant, alliciunt, remunerant pro malefactis. Emphaticum autem habet, quod dicitur.

Gauisifunt. Verè enim gauisifunt, non tam quod Christus in ipsorum manus veniret, quam quod à proprio discipulo prodiretur. Hinc enim sperabat se, vnā cum Christo, etiam adherentes ei posse opprimere.

Obserua secundo circa hunc locum, quod tam venditor quim emptores tales erant à quibus minime omnium tale quid sperari aut potius timeri debuit. Qui vendidit enim, erat ex numero Apostolorum. Emerunt autem non alij, quam summi sacerdotes, qui etiam officio suo Christum adumbrabant. Sic & infra audietis, quod ad mortem cum condemaerunt seniores populi, quorum erat iustitia administrare. Sic eum non alia gens negauit & blasphemauit, quim quæ de ipso promissiones acceperat, & populus Dei erat. Quid hæc aliud inuui

A. G. 1.
Psal. 1.

Gen. 37.

gliceretur, pro quo magno peccato illos duxisse, si Pascha negligerent. Ideo omnibus omittis, hoc vnum cogitant.

Vbi, inquit, vis paremus tibi &c?

Sic nimirum Christiani solliciti debent esse, veteres bonas & pius consuetudines observare, easque nullo pacto transgredi. Fieri enim non potest, vt non fructus bonus sequatur, vbi Ecclesiam fidelium vnanimiter bonis insitit.

Vide autem promptum animum discipulorum: legalis institutionis memores sunt, vt pii homines, suumque officium & ministerium Christo offerunt, vt humiles seruli: Vbi vis paremus &c? q. d. Nostrum est interrogare, Nostrum est preparare & ministrare tibi Domino nostro. Scimus te rium hunc legalem non praeferre ac negligere. Sed vbi hoc facere decreueris nescimus. Domum enim propriam non habes in Hierusalem: Alioqui nihil opus esset hoc interrogare.

¹ Hic attendite Christiani altissimam pauperatem Christi Iesu, qui quamuis esset Dominus totius mundi, non tamen tantum proprii habuit, vt vel caput suum reclinare posset. Vnde & hic in aliena domo cenam habuit: & mortuus in alieno sepulchro sepultus fuit: siquidem vere se peregrinum exhibuit in terra ad exemplum nobis.

² Considerent hoc diuites huius seculi, qui non cessant iungere domum ad domum, & agrum agro copulare, donec amplius locus non sit, quasi ipsi soli super terram habitare velint. Signanter se hoc considerent Ecclesiastici prelati, quorum erat pauperem Christum

imitari per summum contemptum rerum temporalium. Considerent, inquam, quam longe & ab exemplo Christi & Apostolorum recesserint, simulque cogitent, quid Ihsais de huiusmodi hominibus loquatur: Vae, inquit, qui coniungitis domum ad domum &c. Et Abacuc: Vae qui congregat auaritiam malam domui suae, vt sit in excelsu nidus eius &c. An non enim Christiano dedecorosum est, ingratum aedificare palatia, cum videat Dominum suum in tota terra non habuisse vbi caput suum reclinare? Sed audiamus, quem locum Christus cenae suae elegerit, quantum enim mundani conentur omnia ad se rapere, non desunt tamen loca, in quibus & Christus cum suis suscipiatur. Vnde sequitur.

Et misit Petrum & Ioannem, dicens: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo hydriam aequo portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, & dicitis paritafamilias aediu: Dicit tibi Magister: Tempus meum prope est, Apud te facio Pascha cum discipulis meis. Vbi est ergo diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis edam?

Hic primo audis passionis locum, nampe ciuitatem Hierusalem, hanc enim suae passioni elegerat, sicut & Bethleem suae natiuitati, vt vbiq; scripturae satisficeret.

^{Mich. 5.} tifieret. Sic enim Michas praedixerat Christum in Bethleem nasciturum: sic praeparat non alibi sacrificandum esse, praeterquam in loco quem Dominus elegerat, qui locus erat in templo Hierosolymitano. Christus igitur vt praepcepto satisficeret, etiam suum sacrificium non alibi offerre voluit, quam Hierosolymis.

^{Deut. 12.} Deinde in ea ciuitate potissimum pati voluit, in qua & veteres prophetae passi erant, quemadmodum in Luca dicit: Non capiet propheta tam perire extra Hierusalem. Ea enim ciuitas iam dudum male audiebat de hoc, quod & prophetae occideret, & lapidaret eos qui ad eam missi essent.

Nunc igitur ordinem gestorum consideremus. Primum mitti duos est discipulis, & signatur Petrum & Ioannem, vt Lucas ait, hoc est, ^{Ioan. 13.} praecipuos inter alios omnes discipulos, neque id sine mysterio. Nam ^{Io. 20.} & alioqui hoc par discipulorum, ^{Ioan. 13.} saepe coniunctum legitur. Petrus erat insignis amator Christi, Ioannes autem praeter dilectum suum fuit a Christo: hi duo post resurrectionem simul curabant ad sepulchrum, huiusmodi post acceptum spiritum sanctum simul ascendebant in templum. Sic & in cena Petrus non alii discipulorum inuit, quam Ioanni, vt exquiret quis inter eos futurus esset proditor Domini. Hi denique duo insignes post se septuaginta reliquerunt, in quibus magna docuerunt & docent, Petrus enim docet petram Christum, Ioannes gratiam Dei, verque secundum nomen suum. Petrus enim interpretatur petra, Ioannes autem gratia.

Hic itaque duo mittuntur ad praeparandum Pascha: cuius Christum. Non tam soli, sed simul etiam

Ecclesiae eius. Atque hoc ipsum strenue persequerunt. Quis enim alius mensam Eucharisticae & altare Ecclesiae nobis instruit ac praeparat, quam Apostoli, idque suis sermonibus & scriptis?

² Obseruandum autem, quod non citra iussuionem Domini hoc faciunt. Nisi enim Dominus vocauerit & miserit doctores frustrum current, nec quicquam expediret. Nec ex nobis ipsis cenae Domini participes esse possumus, nisi Deus mittat Apostolos. Quomodo enim audient sine praedicatione &c?

Ceterum quod Christus tam certitudinaliter omnia futura praedicit de seruo quam portante, & de promptitudine paritafamilias, supra naturam humanam fuerit, Imo certum iudicium diuinae in Christo naturae, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, non tam praesentia, quam praeterita & futura. Alioqui non potuisset Bethaniam scire tam certo, quod non vna, sed vnus discipulus occursum esset cum lagena aquae. Multo minus scire potuisset, quoniam ille iturus esset &c.

Deitate igitur suam hac re voluit ostendere, quemadmodum & alibi cum discipulis diceret, Inuenietis asinum alligatum &c. Erat cum Petro decreta, Aperto ore piscis, inuenies statem. Item cum Nathanael diceret. Vidi te sub sicu &c.

Huiusmodi res naturam humanam in Christo transcendentes, diuine attendere debet Christianus. Hanc enim dicit alius sententiam de Christo, non obstante forma serui ac crucis.

Nec quicquam iubentur discipuli ad hydrophorum illum seruum loqui, sed tantum cum sequi &c.

Abacuc

Luc. 9.

Luc. 13.

Mat. 23.

Luc. 22.

Ioan. 13.

Ibidem.

Io. 20.

Act. 1.

Ioan. 13.

1. Pet. 2.

Ioa. n. a.

2

Iere. 16.

& 23.

Rom. 10.

Heb. 4.

Mat. 21.

Mat. 17.

Ioa. 6.

4

c &

& patrifamilias mandata Christi exponere. Serui enim nihil possunt aut concedere aut denegare. Hoc enim proprium dominorum est. Oeconomicè & ordinatè omnia fieri debent.

5 Præterea, expressis etiã verbis docet Christus, quid patrifamilias dicere debeant. Evangelicus enim prædicator nihil aliud annunciare debet, quod verbum & madaurum Domini, sed prærii agit negotiis.

6 Magistri autè titulo se annuñciari aduentumq; suum iubet, sic enim tunc appellabatur. Nihil enim altius tunc de ipso mundus sentiebat, quã quod esset doctor veritatis, quemadmodum eum & Nicodemus & alii nominabant.

Joan. 5. Quod autem dicit tempus suum

7 prope esse, intelligit de sua morte & redemptione generis humani, quemadmodum prius sæpe dixerat, Nondum venisse horam suam aut tempus. Atque hoc verbum iterum ostendit deitatem suam, prædicando scilicet & prædicandum futura. Nullus enim hominum ex seipso scire potest, quando adfit hora eius. Tempora enim & momenta pater Deus posuit in sua potestate. Nec hominis est eiusmodi scire.

10. Obseruandum & hoc, qd non rogando, sed quasi præcipiendo denunciat patrifamilias se apud ipsum Pascha habiturum: quodamodum & alio loco adducitur asinam discipuli, non rogare iubentur, sed quasi cum autoritate dicere, Dominus his opus habet.

Per hoc autè se ostendere voluit omnium Dominum esse, & omnibus imperare posse, si vellent.

11. Nec dubium, quin homo ille ad quem discipulo, misit, pius ho-

mo fuerit, & fortè discipulus Iesu, quemadmodum Nicodemus & Ioseph.

Vt autè videas Christum omnia futura præcuisse, est post data mandata discipulos certissimè de propiitudine patrifamilias. O stèder, inquit vobis canaliculum &c.

Ex omnibus igitur his videtur, quam nihil frustra dictum sit. Sequitur.

Euntes autè discipuli, inuenerunt sicut dixerat. Et parauerunt Pascha.

Hic primo vides obedientiam discipulorum, deinde certitudinem verborum Christi. Vides etiam pietatem huius patrifamilias, qui domum suam optimamq; loca eiusdem Christo pauperi eiuusq; discipulis aperuit, denique omnia necessaria etiam non rogata administrat. Cui enim magni hoc canaliculum construxit nisi Christo? Imò totam domum suam Christo dedicat.

Et cui tu ædificas domos & palatia tua ò diues Mammonista? Nū Christo? Nū discipulis eius? Num fratribus Christi mēbris? Num peregrinis & pauperibus?

Deinde ad quid ædificas? ut ibi legatur scriptura? ut tibi ortetur, Deus laudetur, vel ut pauperes illic reficiantur? Nequaquam. Sed ad epulandum, bibendum, ludendum, saltandum, & ad omnem voluptatem huius seculi. Ad hæc tam dura & crudeliter, ut nullus pauper vel limen domus tue transire di audeat. Vt tibi miser, vix animæ tue: non enim melior finis te expectat, quam is habuit, qui Lazarum ante ianam iacere & efferum permisit inconsolatum.

Luc. 16.

Pius

Mat. 6. Pius Christianus domum suam facit quoddammodo Ecclesiam a hospitalitate pauperum. Illic enim legit, illic orat patrem in abscondito, illic docet filios & familiam quæ pietatis sunt, illic denique recipit & fouet pauperes. An nõ sic fecit hic patrifamilias? Verè Ecclesia erat domus eius, in qua Christus sacramentum altaris instruit, & tam pia fecit & docuit. Denique in qua & postea discipuli Spiritum sanctum receperunt? An non & hospitale fuit domus eius, in qua Christus cum paupere sua schola tam charitativè refectus fuit? Ad huiusmodi usus homo ille, quisquis tandem fuit, domum suam accommodat. Verè insigne, sed admodum rarum, exemplum. Nostræ domus non pauperibus, sed scortis & lenoniibus patet &c. Sic igitur discipuli inueniuntur, sicut prædixerat Iesus. In nullo fesellerat. Quis igitur decetero non crederet verbis Christi? Imò quis nunc dubitet de ipsius diuinitate? An quæris certiora argumenta? Mystice discipuli in mundum missi ut verum Pascha apparent, primò occurrit homo lagenam aquæ baiulans, id est, Iudaicus populus sub onere legis nimium laborans: quæ tamen si ad Evangelium comparatur, nihil habebat nisi insipidam aquam, quæ magis grauat quam consoletur. Hæc autem aqua, id est, lege Moysi neglecta, Apostoli verum Pascha præparauerunt per prædicationem Evangelii &c. non apud Iudæos, qui hoc ipsum reiciebant, sed apud gentes quorum domos prius propaanas, in Ecclesias conuerterunt. Atque hoc est quod Paulus Iudæis dicit Vo-

Mat. 6.

Mystice

Act. 14

bis oportebat primum annuncia-

re verbum Dei: sed quia illud repellitis, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes.

Ceterum quæ ad præparationem & comestionem Pasche requirebantur, in Exodo ad lōgem describitur. Requirebatur primo agnus, Deinde liniendi erant potes sanguine agni. Tertio agnus ipse sctandus erat. Præterea exigebatur lactuce agrestes, ad hæc azymi panes, insuper calecamentaque, & postremò baculi. Hæc omnia discipulos præparasse intellige, cum audis quod para uerint Pascha. Imò hæc omnia subministravit pius ille patrifamilias, idque animo promississimo, nec sine magno periculo vitæ suæ, ad copiosionem eorum qui in omnibus aliis prodigiis fuisent, in Christum autè & suos paucissimos.

Itaque ante diem festum Paschæ sciens Iesus quod venisset hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, vsque in finem dilexit eos.

De hoc iam dictum est, quod Christus & tempus & hora mortis suæ præciseret. Hoc autè Euan gelistæ frequenter & magno etiã studio inculcant, nequis hereticorum aut infidelium insurgat, dicens ipsum infirmitate sua traditum, & nõ spontè, sed Iudæorum laqueis ireritici cruci perulisse.

Ceterum quod alias sæpe dixit nondum venisse horam suam aut tempus, hic autem dicitur venisse hora eius, non sic intelligenda

o 2 dum

dum est, ea hora qua Christus passus est, aliquem planetarum, Christo quidem contrarium, Iudæis autem fauentem, regnasse: sed hanc diem, hanc horam, hoc tempus Christus ipse elegit ad mortem & passionem suam, idq; non siue causa.

1 Primò enim, quia ipse est qui per sanguinem suum nos liberauit à plaga illa, qua percussus erat totus mundus, idèò sanguinem suum fundere voluit eo die, quo olim in Aegypto Israelita fuerat liberati ab exterminatore per sanguinem agni.

2 Deinde Christus morte sua nos liberaturus erat à tyrannide diaboli. Idèò eundem die mori voluit, qua olim Israelitæ liberati fuerunt à tyrannide Pharaonis.

3 Tertio Christus per passionem suam nos expurgaturus erat à fermento peccati: idèò eo tempore pati voluit, quo Iudæis fermentum inhibiturum erat.

4 Quarto Christus passione sua impleturus erat prophetarum scripturas: Idèò pati voluit in plenitudo.

5 Quintò Christus noctem peccati & errorum minuire, & idque gratiæ extendere volebat, idque per passionem suam. Idèò eo tempore pati voluit, quo post æquinoctium vernale dies longior, noctem superare incipit.

Vide autem quam pulchra periphrafi Ioannes Christi mortem depingat. Non enim dicit, Sciens quia venit hora eius vt moreretur (mortis enim nomine Euange lista hic non libenter vtitur) sed vt transiret ex hoc mundo ad patrem. Igitur salicet & hilaris, quasi nulla mors intercessura esset, cū tamen hic trássus Christi ad patrem, non nisi per amarissimam

mortem fieri debebat. Quid autem Ioannes hac periphrafi verborum aliud exprebit, quam definitionem Christianæ mortis? Si enim Platonici dicunt, mortem esse Merabasin, id est, tránsitum ad vitam, quanto magis nos Christiani sic sentire & credere debeamus? Gaude igitur Christiane de hac Euangelica definitione. Qualis enim fuit mors Christi, talis erit & mors nostra. At ipsius mors, erat tránsitus ad patrem: ergo & nostra mors erit tránsitus ad patrem, quemadmodum & Christus ipse dixit: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum etc.

Obserua autem quòd non dicit, tempus eius aduenisse, sed horam. Primò, vt doceat culibet hominum certam mortis horam præsignari, iuxta illud: Numerus mensium eius apud te est. Constituitis terminos eius qui præteriri non poterunt.

Secundò, vt ostenderet passio nem breui duraturam. Ad eundem modũ in mattheo dicit Iudæis: Hac est hora vestra q. d. Vnam tantũ horam ego patiendi, vos autem infanandi habebis.

Vic scriptura totum tempus vite præsentis, horam nominat. Si bona facis, scito te horam tantum habere, hoc est, breue tempus: non igitur grauis tibi videatur labor. Sic & afflictio tantũ ad horam durat, non igitur tibi grauis sit.

Sic & impiorum felicitas ad horam durat: Noli igitur xmulari in malignantibus, quia adhuc pusillum, & non erit peccator &c.

Cæteram sicut festũ Paschale fuit hora Christi, in qua pati & mori volebat: sic idem festũ post quadraginta annos, fuit hora eius

IOAN. 19.

IOH. 14.

MAT. 16.

IOH. 16.

eius quã in Iudæos vindictã exercuit. Cũ enim Paschali tẽpore conuenissent, à Romanis obfessi, paulò post expugnati fuerunt.

Sic & nos duas horas habemus, alteram misericordiæ, alteram iudicii: & quã certò iam sentimus esse tempus misericordiæ, tam certò expectemus etiam horam iudicii.

In summa, mortẽ Christi Iõnes tránsitum nominat. Primò, vt ostenderet ipsius potentia & virtutem. Ipse enim per omnia illa trássere potuit, quæ hæcenus prohibuerant accessum ad cælum. Hinc de ipso dicitur, Contriuit portas æreas, & veltēs ferreas cõgitas, qui eramus indigniores, quã vt beneficiis corporalibus afficeremur, tantũ abest vt digni fuerimus æternis. Nec nostram meritum ipsum pellexit. Tori enim eramus peccatis nati. Nec nostra iustitia, Quis enim iustificabitur in conspectu Dei? sed immensa eius charitas, quã nos complexus est, eum ad hoc pellexit & inuitauit. Sicut enim pater ex dilectione nimia filium misit, sic filius ex dilectione nimia eam legationem suscepit & perfecit. Hinc Iõnes alibi dicit: In hoc est charitas, nõ quã nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos.

Signanter autẽ hic dicit Iõnes: cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Verè dilexerat, verè etiam perseverauerat eos in finem dilegere.

Priori verbo causa ostenditur, cur Christus in mundum venisset factus homo. Ad hoc enim non pellexit ipsum nostra dignitas, qui eramus indigniores, quã vt beneficiis corporalibus afficeremur, tantũ abest vt digni fuerimus æternis. Nec nostram meritum ipsum pellexit. Tori enim eramus peccatis nati. Nec nostra iustitia, Quis enim iustificabitur in conspectu Dei? sed immensa eius charitas, quã nos complexus est, eum ad hoc pellexit & inuitauit. Sicut enim pater ex dilectione nimia filium misit, sic filius ex dilectione nimia eam legationem suscepit & perfecit. Hinc Iõnes alibi dicit: In hoc est charitas, nõ quã nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos.

Signanter autẽ hic dicit Iõnes: cum dilexisset suos qui erant in mundo. Omnes quondam creaturæ, eius sunt per creationem. Vnde & de impiis dicitur: Sui eum non receperunt. Hic autem per suos intelligit eos tantũ, quos ab æterno elegit vt sui essent, de quibus & alibi dicit: Tui erant, & mihi eos dedisti.

Addidit autem, Qui erant in mundo, ne quis putaret hic angelos intelligi, qui & ipsi sunt

Sed quidnam egit Christus,

cũ sciret horam tránsitus sui adesse? Non idèò suorum oblitus fuit, Non idèò eos diligere cessauerat, quòd propter ipsos tam amara mors sibi immineret. Cur enim dilectionem suam ab eis auerteret, qui adèò in mundo & à mundo obediuntur & contèntantur? Quid igitur Christus?

Cũ dilexisset suos, in finem dilexit eos. Verè dilexerat, verè etiam perseverauerat eos in finem dilegere.

Priori verbo causa ostenditur, cur Christus in mundum venisset factus homo. Ad hoc enim non pellexit ipsum nostra dignitas, qui eramus indigniores, quã vt beneficiis corporalibus afficeremur, tantũ abest vt digni fuerimus æternis. Nec nostram meritum ipsum pellexit. Tori enim eramus peccatis nati. Nec nostra iustitia, Quis enim iustificabitur in conspectu Dei? sed immensa eius charitas, quã nos complexus est, eum ad hoc pellexit & inuitauit. Sicut enim pater ex dilectione nimia filium misit, sic filius ex dilectione nimia eam legationem suscepit & perfecit. Hinc Iõnes alibi dicit: In hoc est charitas, nõ quã nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos.

Signanter autẽ hic dicit Iõnes: cum dilexisset suos qui erant in mundo. Omnes quondam creaturæ, eius sunt per creationem. Vnde & de impiis dicitur: Sui eum non receperunt. Hic autem per suos intelligit eos tantũ, quos ab æterno elegit vt sui essent, de quibus & alibi dicit: Tui erant, & mihi eos dedisti.

Addidit autem, Qui erant in mundo, ne quis putaret hic angelos intelligi, qui & ipsi sunt

IOAN. 19.

IOH. 14.

IOAN. 4.

IOAN. 17.

Hebræi. Christi. Verum non angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Et nõ in odio angelorum visus est, sed habitu inuentus est vt homo.

Phillip.

Generaliter aut dicitur, Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, ne quis puret eis solos Apostolos dilexisse.

Quomodo aut suos dilexerit, vel ex vno hoc appareat, quod propter ipsos è caelo descendit, vt iterum rascã, quã eis dilectionis signa in terris ostenderit.

Sed quid sibi vult quod addit, in finem dilexit eos?

Vt ostenderet cur Christus per viã crucis ad patrem redierit, cum potuisset redire illatus. Huc enim iterum impulit ipsum charitã. Videbat nõ satis esse quodd descendisset è caelis, nisi & pro peccatis hominum satisfaceret.

In finem igitur dilexit eos, id est, perseveranter. Primo, quia vsque ad mortem non interrupit dilectionem suam, nihil offensam Iudeorum suscipere, nihil etiã deterritus fuga & abnegatione suorum, qui cum solum in passione reliquerunt.

Secundo, perseveranter eos dilexit, quia nec mors eius dilectionem terminavit, iuxta illud:

Can. 8.

Aqua multã non potuerunt extinguere charitatem.

Vel in finem dilexit eos, id est, vltima die ostendit adhuc eis signa dilectionis.

Vel in finem dilexit, id est, perfectissima & summa dilectione, qua maior esse nõ potuit. Maiorem enim charitatẽ nemo habet, quam vt animam suã ponat pro amicis suis, quod Christus fecit.

Ioan. 15.

Vel in finem dilexit eos, id est, non cessauit donec perfectẽ eos saluaret, ac plenẽ vinceret peccatum, mortem, & omnes male-

dictiones.

Ideo autem Ioannes in exordio passionis & vltimæ cœnæ tã insigniter commendat dilectionem Christi.

Primo, vt ostendat omnia quæ secuta sunt, nepe institutio sacramenti, latio pedum, charitativa illa instructio, ac demum etiam ipsa passio, non aliud profuissse, quã è dilectione Christi.

Secundo, vt nos excitet etiam ad amorem Christi & gratiarũ actionem incitaret.

Tertio, vt nos etiã consolaretur, ne putemus Dei amorem erga homines cessãre. Nõ enim semel tantum dilexit, aut tantum parces, sed diligit in finem, in perpetuũ. Ipse enim fidelis permanet, seipsum negare non potest.

Hæc Christi dilectio, charissimã nobis sufficiat. Diligat mundum siue odiat, nihil admodũ, ad nos perinet, dummodo sciamus quod Christus nos diligit, nos in corde gerit, nos magnificat, pro nobis curat &c. Quid hic nobis obesse potest odium mundi? Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Sequitur:

Et cum vespera iam esset, venit & accubuit cum duodecim Apostolis, & ait illis: Desiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum antequã pariar. Dico enim vobis: Posthac non edã ex eo, donec compleatur in regno Dei. Et accepto poculo, gratias egit, & dixit: Accipite hoc & diuidi-

diuidite inter vos: Dico enim vobis, quod posthac non bibam de hoc fructu vitis, donec regnum Dei veniat, cum illud bibero vobiscum nouum in regno patris mei.

Exod. 12.

Hic incipit cœna. Ad vesperam enim quartadecimã diei primi mensis immolandum & comedendum erat agnus Paschalis.

Pulchrè autem Christus à figura incipit, vt ad veritatẽ perueniat. Legalem agnum prius comedit, deinde suam non à cœnam inchoat, seque manducandum suis præbet.

Ceterum cum lex præcipiat agnum paschalem stando edendum esse, non dubium quid & Christũ hoc obseruauerit. Quod igitur hic dicitur cum accubuisse, intelligendum est, post comestionem agni legalis.

Primo igitur vt ex toto legis satisfaceret, (quam non soluere, sed adimplere venerat) ipsamque honorifice concluderet & finiret, stans cum discipulis comedit agnum Paschalem: quo ritè peracto, accubuit quasi iam tunc primum veram cœnam auspicaturus. Veterem quidem illam iam absoluerat: sed quã potissimum intendebat, nondum inceperat. Ad illũ requiebat agnus affusus, ad hanc autem nihil nisi panis & vinum.

Pulchrè igitur quædam verba inter vtrãque cœnam interposuit, quibus significauit se & vetus testamentum terminare, & nouum incipere velle.

Et primo, magno cordis affe-

ctu dixit: Desiderio desiderauit &c. q. d. Charissimĩ filii, singulis quidem annis, vt scitis, Pascha celebrãssit: sed nullum eorum tanto desiderio, vt ego vobis talem & cibum & potũ præstet, quales antehac nunquam gustãssit tempore Iudæiæ festi. Et gaudeo quod tempus aduenit. nec aliud cupio. Cras si quidem amarissima mors mihi patiendã est. Cœnam igitur meam hac nocte absoluerẽ me oportet. Hoc iam vltimò vobiscum comedo, nunquam deinceps super terram vobiscum comesturus, eo videlicet modo quo nunc simul vescimur. Vnde & statim subdit:

Posthac nõ bibam de fructu vitis &c. quibus verbis clarè ostendit se moriturum. Mortuus enim neq; comedit neq; bibit.

Ne tamen discipuli ex insolentia hæc loquutione plus æquo tristarentur, addidit proprium cõsolatione: Dico enim in regno Dei. Et, Donec bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei. Eundem enim sensum habent vtraque verba: respiciunt enim ad gaudiosam Christi resurrectionẽ. Cum enim Christus à mortuis resurrexisset, iam completi erat Pascha. Omnia enim priora festa imperfecta fuerant. Vt; ad illud enim tempus tantum vmbra & figura Paschatis fuerant, sicut & omnia alia sub Mose. Christus autem resurgente, verum Pascha incipiebat: quandoquidem iam omnia impleta erant, quæ ad Pascha implenda erant.

Et hoc inquit, complebitur in regno Dei. Tunc enim regnum dei omnibus modis adierit, &

quo prius dictum fuerat, quod appropinquaret. Q. d. quando mortuus non fuero & resurrexero nōdum adest regnum Dei. Tunc autem diuinum meū & spiritale regnum in omni mundo potenter incipiet, cum pro peccatis hominum mortuus fuero, & propter iustificationem ipsorum resurrexero; tunc, inquit, totus mundus manifeste videbit & cognoscat per verbum & spiritum, quod filius Dei rex sit, domineturque super animas & conscientias, quod regnum eius nunc sub cruce occultatur.

Quid igitur futurum promissit post completionem & manifestationem regni Dei? Promissit se iterum cum ipsi & Pascha manducaturum, & bibiturum vinum, sed nouum, & alio modo quam prius; quod dupliciter potest intelligi.

1. Primò, de corporali manducatione, qua post resurrectionē coram discipulis comedit de pisce asso & fauo mellis. Tunc enim iterum quidē comedit, & corporaliter, sed alio modo quā prius. Non enim ad necessitatem corporis, (nam corpus gloriosum nō indiget cibo) sed tantum ad argumentum & ostensionem veræ resurrectionis. Promissit igitur Christus se post resurrectionem etiam corporaliter iterum cū ipsis manducaturum licet (vt dixi) nouo modo. Vnde Petrus dicit: Manducauimus & bibimus cum eo, postquam à mortuis resurrexit.

2. Alter autem, & melius, intelligitur verbum hoc de spirituali manducatione, & potu. Post hanc enim Iudaici facti obseruationē, Christus nunquam amplius est Paschalis agni vtilis. Nouum tamen Pascha vel agnum nobis-

cum edit, & nouum vinū nobiscum bibit in regno Dei in Ecclesia, dum nos ipsi, & ipse nobis in corporatur per fidem & sumptionem sacramenti; id autem non se mel tantū sit, sed perpetuū, quoniam verum Christum in Ecclesia durabit.

Per hoc igitur subindicauit, quod corporalis manducatio agni cessare deberet, & succedere spiritualis māducatio veri agni. Neque enim agnus ille prior idē iustus fuerat offerri & manducari, vt fexerit & perpetuū sic fieret. Dixit quidē Moses hoc seruidū esse calui sempiterno, sed addidit, In generatiōibus vestris hoc est, quādiu permānebit hæc generatio, hic rerum status, hoc testamentū, nempe verus, & quādiu vos populus dei eritis permānebit hic ritus. Post Christū autem alia generatio est, aliud testamentū; nec iam amplius Iudaici sunt populus Dei. Ideo cessauit agni illius Paschalis immolatio. Hoc prædixit Hieremias cū ait: Ecce veniet dies, cū nō amplius dicet, Viuit dominus q̄ eduixit filios Israel de Aegypto &c.

In summa: Nos iam verum & nouum Pascha manducamus in regno cælorum, hoc est, Ecclesia in qua Deus verè regnat, & pro rege agnoscat. Pascha enim nostrū Christus est, ait Paulus.

Et Ioannes Baptista videns Christum: Ecce, inquit, agnus Dei; ecce q̄ tollit peccata mōdi. Quæcūq; enim circa veterē illum agnum facta & præcepta fuerūt, in hoc vero agno completa sunt, & adhuc complentur.

Primò enim, sicut Israelitis in Aegyptiaca seruitute constitutis, tamen si Moses aderat, qui & pluribus plagis Aegyptium tyrannu-

num terreat, non tamen potuit eos inde liberare donec immolaretur agnus: tunc enim sanguine agni victus est Pharo: sic generi humano neque Iudaica lex, neque sacerdotiū Leuiticum salutē præstare poterat, donec CHRISTVS verus agnus veniret.

Erod. 11.

2. Secundò, sicut illic occisio agni, statim promissiones Dei de liberatione seminis Abraham, & in inductione eiusdem in terram Chanaan impleri ceperunt: sic occisio Christi, omnes nunc promissiones Dei, sunt Amē & etiā.

1. Cor. 1.

Terziò, sicut agnus ille debet tolli de grege, sed ita vt esset sine macula maculis amniculus: sic is per quem saluandi eramus, homo quidem esse debebat, sed sine macula peccati: Ananiculus id est, vir sciens paupertatem & infirmitatem.

4. Quarto, sicut agnus ille decima die primi mensis tolli & fegregari debebat à grege, & quarta decima die immolari: sic Christus decima die mensis intrauit in Hierusalem, locum scilicet passionis. Ante sex enim dies Pasche venit Bethaniam, & sequenti die Hierosolimam ingressus est ac à turbis susceptus, quasi agnus qui quarta decima die immolaretur.

5. Quintò, sicut agnus ille in plenilunio immolabatur, sic Christus in plenilunio temporum, & ad literam etiam in plenilunio, crucifixus fuit.

Gal. 4.

6. Sextò, sicut agnus ille nō quocunque plenilunio immolabatur sed eo tantum, quod sequebatur æquinociū verum, quando scilicet dies noctem superare incipit: sic ab immolatione Christi, cepit lux iustitiæ peccatorum

tenebras superare. Nā antea longa & profunda peccatorum nox, breuis autem & nubilosa legalis iustitiæ lux erat. Nunc autem e contra lux omnia. Vnde Paulus: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et iterum: Eratis Ephesii, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Rom. 17.

Septimò, sicut agnus ille ab omni multitudine filiorum Israel immolabatur, sic Christus pro omnibus passus est. Omnēque tam præcedentes quā subsequētes, per solum ipsius sacrificii salutem sperarunt & sperant.

Octauò, sicut Israelitæ semel tantum per sanguinem agni licitati fuerunt ab exterminatore, quotannis tamen in eius liberationis memoriam agnum immolabant: sic Christus semel tantum passus est. Vult tamen vt quotannis, imò quotidie eius sacrificii memoria apud nos sit, & publicè etiam celebretur. Hoc, inquit, facite in mei memoriam.

Mat. 26.

Postremò, sicut agnus ille non ab aliud immolabatur, quā vt comederetur: per comestionem autem cibis incorporatur hominibus: sic Christus non in aliū vsum nobis propositus est, quā vt & nos ipsi, & ipse nobis, incorporemur. Vides igitur quod agnus ille nihil aliud fuit, nisi figura Christi: Præsentē igitur, veritate nihil opus habemus vmbra & figura. Errant igitur Iudæi, qui putant se adhuc obligari ad leges obseruatias. Errabant & Ebionitæ, qui ex eo quod Christus cum institutione sacramenti etiā agnum Iudaico more comedit, docebant & nos ita facere oportere: id quod falsum est. Stat enim sententia, quod Christus verus agnus est, verūque Pascha.

c 5 Ergo

PASSIONIS DOMINICAE

36 nihil in legali cœna fecisse scribitur. Postremò super hæc omnia addit, hoc esse corpus suū. Quis non obstupuisse ad tam insolitos gestus, quos hic exhibuit? Quid autem aliud per hæc intendit, quàm omnes homines ætèros reddere ad ea, quæ sequuntur, ut scilicet sciamus, quòd hic panis, & hoc vinum, non còmune aliquod vinum vel panis sit, sicut in manducatione agni comederant & liberant: sed longè aliud, singulare, & excelsum, nempe id quod verbis exprimit, corpus scilicet & sanguinem suum. Hinc & discipuli hos inconsuetos gestus Christi videntes, non contradicunt, non interrogant, sed simpliciter credunt, non dubitantes magnū aliquid subesse. Vide autem quid dicat Christus.

Accipite & manducate. Hoc verbo donaturum se aliquod pollicetur. Quid autem à saluatore, à Christo, à Deo expectare debet homo, nisi magna, præclara & vtilissima? Magnum enim decet magnifica dare. Si vos, inquit, cum sitis mali, nostris bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester celestis dabit spiritum bonum peccatis vestris? Accipite igitur, & preparate vos ad accipiendū, quodcumque talis Dominus dederit. Fieri enim non potest, ut malum aut incommodum aut vanum sit, quod saluator præstat. Quòd autem addit, Manducate, ostendit, in quem vsum institutum sit sacramentum, nempe ut sumatur. Nihil prodest panis, nisi incorporetur manducando.

Hoc igitur verbo significat, donum hoc non simpliciter accipiendum, sed ita, ut nobis vniatur nec simpliciter, sed ut vnum

corpus nobiscum fiat, quemadmodum & panis comestus conuerterit in naturam aliti.

Ut autem hæc metaphoram manducationis intelligas, obserua quòd in nobis nihil est, nisi peccatum, mors, infernus, maledictio: nulla autem iustitia, vita, salus, gratia. Vacui igitur sumus omnibus bonis. Christus autem omnia hæc in se bona habet, nec solum pro se, sed etiam pro nobis: atque ob id se nominat panem vitæ. Sicut enim panis non propter seipsum conficitur, sed ut comestus confortet hominem: sic Christus non pro se tantum hæc bona habet, sed etiam nobis ea communicat. Sed per quem modum? Quomodo nos iustitia & vita vacui, Christi vitam & iustitiam communicare possumus? Māduco ipsum. Tunc enim panis virtutē sentis, cum eū tibi incorporas. Tunc bona Christi percipis, cum ipsum in te recipis.

Dupliciter autem nobis offertur Christus, in verbo scilicet & sacramento. Duobus igitur modis etiam corpus ipsum manducamus, spiritaliter scilicet & sacramentaliter. De spiritali man-
 Iohan. 6.
 Heb. ii.

Christi vitam habet: non in maledictione, quia Christi benedictionem habet: non in afflictionibus, quia Christi liberationem videt. Hæc spiritualis manducatio omnibus necessaria est, sine ea enim nullus saluatur. Nisi enim Christi iustitiam & vitam participemus, quid aliud quàm in nostris peccatis & morte manemus? Hinc Christus ipse: Nisi manducaueris carnem filii hominis, & biberis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Non hic loquitur de sacramento: non enim omnes damnantur, qui sacramentum non percipiunt: sed de spiritali manducatione, id est, fide, sine qua nemo potest placere Deo.

Hoc modo manducauerunt etiam patres veteris Testamenti corpus Christi. Offerebatur enim & ipsis Christus in verbis & promissionibus. Sine hæc spiritali manducatione nihil prodest sacramentum, imò magis obest & damnat, quia indignè accipitur.

Cæterum vides hic, quòd Christus non tantum nobis offertur in verbo, sed etiam in sacramento: quòd ideo fit, ut admoveamur promissionem hoc externo signo, & certificemur hæc corporali manducatione, verè Christum nobis datum cum omnibus quæ habet. Qui enim etiam corpus suum dedit, quòd aliorum non daret: vbi vides non frustra externam hanc manducationem esse institutam, quemadmodum garrunt impii quidam & ingrati homines.

Quid, inquit, opus erat externo signo, cum fides omnia bona Christi ad se rapiat? Et tu quis es impie homo, qui Deum aude arguere in suis operibus, quales non sapienter omnia ordinasset?

Potest & ego similiter argumentari: Quid opus fuit Christum incarnari aut pati?

Quid opus fuit prædicari Euangelium? Poterat Deus solo verbo restituere hominem, sicut solo verbo eum creauit. Ergo incarnatio, passio, & Euangelii Christi nihil prodest? En quanta ingratitudo nostra. Deus nullis modis sua bona, imò suum filium nobis communicare vult, per incarnationem (scilicet verbum, & per sacramentum).

Et quis tu es ingratus homo, qui interrogare audes, cur hoc velit, & quid necesse sit? Summo gaudio gestire debes, quòd Deus sua bona communicare vult, per quemcumque modum hoc faciat.

Hæc est antiqua illa Saracenorum Gen. 1.
 Gen. 11.
 Gen. 22.
 Hæc est antiqua illa Saracenorum astutia, qua & Euam seduxit, Cur, inquit, præcepit vobis Dominus, nō māducare de hoc ligno? quasi dicat quid necesse hoc fuit vel vitæ? Hoc modo & nos decipere conatur. Non sic Abraham quærebat: Quid opus est terra mea egredi? Potes & hic mihi benefacere. Item, quid opus est filium immolare? Nihil horum dixit, sed simpliciter obediuit. Hæc enim est natura fidei, quòd occultis oculis rationis, nudum verbum Dei sequitur. Sic nobis hic faciendum. Sed audi quid Christus vterius dicat.

Hoc (inquit) est corpus meū. Habes hic alteram partem sacramenti, & principaliores, nempe verbum Dei. Panis enim visibilis, vna pars est: Verbum Christi altera. Quodlibet enim sacramentum hæc duo habet, signum scilicet externum, & verbum Dei quæ à se inuicem diuidi non debent. Accedit enim verbum ad elementum, & fit sacramentum.
 Panem

Panem igitur vides, Verbū Christi audis, Cui potius credendum? Visus, an auditus? Certe auditus. Nam qui loquitur, Deus est.

Veritas Omnis igitur sacramentorum corporis virtus ex verbo Dei est. Accedit Christi, dente autem verbo ad panē, iam non est illud quod prius erat, sed longē aliud & excellentius propter verbum Dei adiunctum. Est enim verbum Dei tāte virtutis, vt omnia possit: quod tam ex prima rerum creatione, quam ex imitaculis verbo Dei perfectis, patet clarissime. Vt ubique enim dixit, & facta sunt: imō verbum Dei, Deus est: itemque Dei virtus & sapientia est, Ioan. 1. Rom. 1. Co. 1. Cum igitur Deus per suū verbum externa rei adiungat suam virtutem & potentiam & nomen, quis dubitet nouum aliquid aut magnum fieri: Quomodo igitur audent quidem dicere, in sacramento hoc etiam post expressionem verborum, nihil esse nisi purum panem? An verbum Dei in hoc sacramento solo inefficax est, cū aliis vbiq; sit efficacissimū?

Probāt igitur hæc verba (hoc est corpus meum) veritatem corporis Christi in sacramento. Nam verba Dei sunt ideo magnipendenda. Nec vllus hic tropus esse potest. Primō enim nihil simplicius dici potest, etiā si omnes linguæ in vnum conuenirent.

- Deinde nullus Euangelistarum, imō nec ipse Paulus syncretissimus Euangelii prædicator, vel minima litera tropum in his verbis subesse indicauit.
- Insuper nulla iusta causa adduci potest, quod hæc verba aliter intelligenda sint. Si adūm est igitur his verbis, tanquam certissimis & securissimis Dei ipsius sermonibus, qui nō decipiunt, nec

errare sinant. Qui apposerit ad verba hæc, ait Ioannes, apponet super eum Deus plagas &c.

Jam si vt iam probatum est, Veritas, Omnis igitur veraciter iuxta tenorem verborum in sacramento adest, certum est ipsum sacramentum infuōsum esse non posse. Constat enim, quod caro Christi diuinitate plena est. Itaq; si Deus nihil prodest, etiam caro Christi nihil prodest. Cum in teris ambularet, carolla Christi, omnibus quos vel leuiter attingebat, & profuit propter diuinitatem inhabitantem: quomodo igitur fieri posset, vt in sacramento nihil prodesset, cū sit eadem Christi caro, eisdē diuinitati coniuncta, denique idem verbum Dei, eiusdemque naturæ & efficacit. Christi semper fuit.

Obseruandum autem, quod Christus in hoc sacramento non tantū corpus suum nobis dedit, sed etiam sanguinem, sicut enim lex Moysi non tantū mandauit victimas, fed insuper etiam emundationem per sanguinem: sic corpus Christi fuit victima, sanguis emundatio peccatorum: victima corporis si satisfecit, sanguis emundat: Victima offertur Deo ad reconciliationem, sanguis effusus est ad nostri emundationem.

Ceterā in sanguinis distributione eisdem gestibus vti, quibus vsus fuerat in distributione corporis sui. Accipit enim, gratias agit, porrexit &c. In verbis autem non nihil addidit, vel alterauit. Nō enim simpliciter dicit, Hic est sanguis meus: sicut dixerat: Hoc est corpus meum: sed addit, Hic est sanguis noui testamenti: Vel secundum Paulum: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine; quo verbo mani-

festū

festū alludit ad confirmationem veteris testamenti, quando scilicet Moses legem omni lege, accepit sanguinem vituli, & eoque resperxit populum, dicens: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit vobiscum Deus vester &c. Ad eundem modum & Christus hic loquitur. Quāto igitur sanguis Christi dignior est sanguine vituli, tanto testamentum nouum excellentius est veteri.

Ceterā, testamentum est notificatio & designatio bonorum, siue id scripto, siue viva voce fiat. Confirmatur autem morte testantis. Testamentum fecerat Deus Israelitis, nempe terram promissionis eis se daturum: cū autem Deus mori non posset, vitulum iussit immolari, cuiusque sanguinem

hoc suum testamentum confirmauit. Sic Christus bona sua testamentō nobis legauit, nempe remissionem peccatorum, quā nihil non honorū comitatur. Testator ipse Christus, vt firmum esset testamentum mortuus est: cuius mortis vt memores essemus, ceu sigilla duo affixit, sacramentum corporis & sanguinis sui. Cū igitur dicit: Accipite, manducate: Accipite, bibite &c. sensus est quasi diceret: En pmitto vobis omnia bona mea, eaque confero vobis: quod vt firmum ratumque sit, iam mortuus sum, ac in eius signum & confectionem, corpus & sanguinem meū vobis relinquo. Testamenti autem meministi, non cū de corpore agit, sed cū de sanguine. Sanguis enim effusus, signum mortis est, quā morte confirmatur testamentum.

Quōd autem in fine addit, de corpore quidem, quod pro vobis tradetur: De sanguine autē, qui pro vobis effundetur: clarē

ostendit, idem corpus quod in cruce traditum & immolatum fuit, & eundem sanguinem qui in cruce effusus fuit, in sacramento sumi. Ostendunt item & hæc verba fructum Eucharistia: qui est participare meritis passionis Christi.

Ad hoc autem requiritur fides, non tantum vt credamus hic esse corpus & sanguinem Christi, sed vt etiam credamus idem corpus pro nobis oblatum, eundem sanguinem pro nobis effusum, & nobis donari quod Christus sua morte meruit.

Obseruandum & hoc quod de sanguine dicitur, quod pro multis non pro omnibus effundetur. Pro omnibus siquidem sufficeret sanguis Christi effusus: non omnes credunt. Congruē, non pro omnibus, sed pro multis effusus dicitur: quo verbo ociosis illis & nimium securis timor incutitur, qui sibi persuadent se non posse damari.

In fine addit Christus. Hoc facite in mei recordationem. Atque hic vides, quod Euangelistæ non tantū describunt rem semel gestam, sed talem quæ abhinc perpetuo fieri & continuari debet. Vnde & Christus præcepit Apostolis, vt facerent quod ipse fecerat: ac per hoc significauit, se sacramento suo semper assuturū, & eidē acturum quod in cena per seipsum egit. Errant igitur qui dicunt, Credo quod Christus ipse, & Apostoli consecraverunt: sed non credo quod quilibet sacerdos hoc possit. Item credo quod sancti sumant corpus Christi, non autem peccatores. Audi frater: Sacramenta Ecclesie non fundantur super dignitate vel indignitate

tate

Phil. 142.

Testamentum.

Erod. 24.

Sensus verbi.

tate nostra, sed super verbo Dei qualiscunque sit vel minister, vel suscipiens, manet tamen Dei ordinatio. Sicut enim nec Angelus, nec homo, ex seipsis potuissent mutare panem in corpus Christi, sic nec quisquam eorum impe dire. Non igitur dicit, si dignè sumptis, habebis corpus meum: sed, Hoc est corpus meum. Sic enim symbolum fidei, Oratio Dominica, præcepta Dei &c. manent bona, & in suo valore, etiam si tu nunquam ea credas, vel ores, vel opereris, quemadmodum extraneæ Dei operationes semper manent, quantumuis nos eidem abutatur.

Cæterum diligenter obseruandum, quòd Christus hic imperatius loquitur ac præcipit, mandataque vt accipiamus & manducemus, faciamusque quòd ipse fecit: quibus apparet, non liberum nobis esse, sacramento hoc vti vel non vti.

Si igitur Christianus es, oportet vt huic præcepto aliquando satisfacias. Non quidem certum tempus præstituit Christus, sed tamen præcepit. Non igitur liberè est, vt ex toto posito omitti.

¹ Quòd autem dicit, In mei recordationem, Vult vt sacramentum hoc sit monumentum charitatis suæ erga nos, quæ omnibus modis se nobis donauit, in sociu scilicet & fratrem, in sacrificium & cibi &c. Quis tam durus est, quem hæc charitatis signa ad redamandum non prouocent?

² Deinde vult etiam hoc verbo, vt sacramentum hoc sit etiam memoria sacrificii illius, quòd Christus in cruce pro nobis moriendo perfecit, quemadmodum Paulus ait: Quoriscunque manducabitis &c. mortem Domini

annunciabitis donec veniat.

Sic igitur habebis, quo ritu, quo tempore, quibus verbis Christus sacramentum instituit, quæ omnia tanta sunt, vt miru sit, si nõ desiderium tatorum bonorum in nobis excitent, ad amorè Dei inflammant, ac ad laudem & gratiarum actionem prouocent. Laudas, & gratias agis, si ex testamento alterius fortuna tua augetur. Et cur non hic idem facis? Verum quemadmodum in mundo nonnunquam inueniuntur ingrati heredes, sic proholidori ingratos nos experitur Christus, Huius autem ingrati tudinis non minima causa est, quòd non attendimus quæ apponunt nobis. Atque ideo plerunque impletur in nobis, quòd Heliseus olim cuidam incredulo principi dixit: Videbis oculis tuis, & inde non gustabis. An non hæc in nobis impletur? Videmus & præ oculis manibusque habemus tanta bona, tamen non sentimus, non gustamus. Quòd autem malum contingere potest homini, quàm hæc diuitias, & non posse eis vti? Restat adhuc duo consideranda circa hoc sacramentum, in quem scilicet finem institutum sit, & quomodo sumi debeat.

Institutum autem est primò, vt con-nostrum firmus adhærere possit verbis & promissionibus Dei. Promiserant Prophætæ futurum, vt Deus in nobis habitaret, & quòd Christus morte sua peccata nostra auferret &c. Oes autem hæc & consimiles promissiones confirmat hoc sacramentum. Ne igitur in huiusmodi dubitemus, sacramentum hoc instituit.

Secundò, in monumentu charitatis suæ, & vt nunquam de bona ipsius erga nos voluntate dubitemus.

1. Cor. 10.

4. Reg. 7.

bitemus. Quoties igitur conscientie nostræ libatam ac dubitantem, id quòd frequenter fit, maxime in morte, hoc sacramento confirmari debent. Tertio, institutu est in æternam memoriam & representationem vnicuiusque sacrificii in cruce pro nobis facti.

¹ Fructus autem huius sacramenti, eius verbis Pauli sumitur, tam dicit: Panis quem frangimus, nonne comunicatio corporis Christi est &c? quæ verba indicant, quòd sacramentum hoc, omnium bonorum Christi nos participes facit. Alius fructus est, quòd etiam nos vnus panis & vnus corpus efficiamur, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Hoc est, admonet hoc sacramentum, nos vnum cibum & vnum potu factos, totisque proximorum vibus expofitos esse deberet: aliorum pauperum etiam esse, aliorum errata, nostra docere &c. Vnde Græcis dicitur synaxis, id est, comunicatio.

Ex his facile colligi possit, quid ad dignam summptione eius requiratur. Hoc tamen nullu clarius expressum est, quàm in figura agni Paschalis & Mannæ.

Agnus Paschalis.

Vtranque igitur figuram paucis indicabo.

Exo 11.

¹ Circa agnum Paschalem primò omnium oportebat, vt domus sanguine eius agni liniretur, idque in tribus locis, in ianua scilicet, & in vitroque poste. Sic acceffurus ad sacramentum, ante omnia signatus esse debet signaculo sanctæ Trinitatis, id quòd fit in baptismo. Vel in tribus locis signatus sit, id est, tria sacramenta habeat, baptismum u scilicet, confirmationem & penitentiam. Vt vel sanguinem agni in ianua habeat id est, memoriam passionis Christi

si semper ob oculos habeat, siue ingrediat, siue egrediat, iuxta illud Pauli: Quotiescunque manducabitis, mortem Domini annunciabitis &c. Vel sanguinem agni in ianua habeat, id est, non erubescat de cruce Christi, nec erubescat instituta Christi serua re, sed publice confiteatur se credere & seruare.

Secundò, Edent, inquit, carnes nostre illa affas igni. Nocte manducari deberet Christus: claudèd enim sunt oculi rationis, & sola fide agendum. Cuperet quidè caro nostra in die comedere, hoc est, omnia ad oculum videre, sed frustra. In mystero & inuisibiliter manducatur caro Christi. Congruè autem carnes agni nostri affas sunt, quia affas igne tribulationis, item igne & operatione Spiritus sancti.

Tertio, & azymos panes scilicet comedetis. Non solæ carnes agni comedendæ sunt, hoc est, non tantum considerare oportet quid Christus fecit, fed etia quid nos doceat. Primò omnium excludendum est fermentum malitiæ & nequitie: sumendum autem fà- cramentum in azymis sinceritatis & veritatis. Cibum enim hic solis filiis, non canibus, preparatus est: mundis, non immundis. Errat igitur, qui sine penitentia præuua accedunt.

Quarò, cum lactucis agrestibus, vel vt in Hebræo habetur, cum amaraudinis, id est, cum amara recordatione peccatorum nostrorum. Sic discipuli sacramentum hoc cum lactucis comedunt: propter verba enim Christi in magna tristitia erant, & per totum illud triduum passionis eius angustis molestè comunicabatur. Ita nos cum lactucis comedimus,

d fi

1. Cor. 10.

1. Cor. 5.

fi corpus nostrum affligimus, quatenus ipsa amaritudo peccatorum abstergat a mentis stomacho peruersa humorem vitæ.

5 Quinto, Non comedetis crudum nec coctum aqua. Crudum comedunt, qui sine omni præmeditatione accedunt. Item crudum comedunt, qui tantum æstimant id quod videtur, & quia solum panem vident, solum panem æstimant. Crudum item comedunt, qui omnia carnaliter intelligunt, & cum Capernaïtis dicunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Cum aqua autem coctum comedunt, qui carnali sapientia peruestigare contendunt, quomodo hoc esse possit. Aqua sapientie nostræ hunc agnum coquere non potest, hoc est, mysteria hæc peruestigare & comprehendere.

6 Sed comedetis, inquit, assum igni, id est, totum attribuetis operationi Spiritus sancti, cui nihil difficile est, nihil impossibile. Sicut igitur hominem qui de virgine sumptus est, recitæ Deum contemnitur, sic veraciter, quod de altari sumimus, Christi dicimus, agnamque Dei prædicamus.

6 Sexto, Caput cum pedibus & intestinis vorabit. Vult Christus totus sumi, & non diuidi: Hæretici aliqui caput abiecerunt, id est, diuinitatem Christi negauerunt. Alii pedes, id est, humanitatem. Alii intestina, id est, animam Christi negauerunt. Est plerique etiam nunc dimidiatum tantum Christum sumunt. Attendunt enim tantum promissa eius, non autem præcepta: accipiunt eum tantum vt donum, non vt exemplum. Scriptura autem vult, vt in agno vero caput & pedes &c. id est, diuinitatem & humanitatem, promissa & præcepta accipiamus. Si-

gnanter autem dicit, vorabit; quod verbo torpor noster arguitur, qui ad sacramentum hoc vix compelli possumus, ad quod magno desiderio accedere oportebat. Verū nescimus miseriam nostram & magnitudinem doni illius.

Septimo, Nihil relinquitis vsque manè. Nec canibus, nec Aegyptiis reliqui volebar reliquias corporalis illius agni. Et nos canibus immundiores, Aegyptiis peiores temere ad sacramentum irumpimus? Deinde vult hoc verbum, vt antequam manè futura vitæ incalcescat, omnia perficiamus que præcepta sunt, consideremusque Christus docet. Nihil relinquamus vel omittamus. Quod enim nunc licet, non semper licebit.

8 Octauo, Si quis remanserit, igni comburetis. Nihil ex hoc sacramento contemnendum, conculcandum, relinquendum: Et que circa hoc sacramentum comprehendere non possumus, igni, id est, Spiritus sancti operationi relinquamus.

9 Nono, Renes vestros accingetis. Accessurus, luxuriam domet & concupiscentiam refrenet. Exigit enim hoc sacramentum, vt munda sit anima & corpus. Tempus breue est, inquit Paulus. Reliquum est, vt qui vxores habent, tantum non habentes sint &c.

Decimo, Calceamenta habebitis in pedibus. Exigitur ad dignè communicandum, vt incedamus in verbo, & iuxta verbum Dei. Calceati, inquit, pedes in præparationem Euangelii pacis. Item exigitur, vt non nudis pedibus incedamus, id est, ne affectu adhaeremus terræ, sed vt sciamus & cogitemus nos non habere hic manentem ciuitatem: Præterea vt sanctorum

eorum exemplis, quasi quibusdam mortuorum animalium pelibus, pedes nostros, id est, affectus & opera, maniamus: quod vitam facissent quidam in re huius sacramenti certe non ita offendissent pedes.

11 Vndecimo, Baculos tenebitis in manibus. Baculo vitmur vel ad sustentandum, vel ad tuendum nos. Vtriusque nobis necessarium. Baculus, verbum Dei est. Itaque si caro infirma est, eam sustentemus verbo Dei. Si quis a bono retardare vel ad mala persuadere velit, eodem baculo abigendus est, quem admodum Christus fecit cum tentaretur a diabolo.

12 Duodecimo, Comedetis festinanter. Festinare non faciunt vel desiderium, vel timor. Verum; nobis necessarium. Cipiamus cum Paulo dissolui & esse cum Christo: & simul etiam timeamus, ne si hodie cessamus, cras transferret tempus gratiæ.

Vide quàm expressè in hac figura præstentium fuerit, quicquid ad sacramentum hoc & dignam eius sumptionem pertinet.

Hoc idem etiam licet alio modo, præfiguratum fuit in Manna. Ex Euangelio enim Ioannis manifestissimè patet, quod Manna præfigurauerit Christum. Non, inquit, Moses dedit vobis panem de celo verum, sed pater meus dedit &c. Paulo post: Ego sum panis viuus &c. Et iterum: Caro mea verus est cibus. Quicquid igitur in ea historia dicitur, referunt vel ad humanitatem Christi, vel ad verbum, vel ad sacramentum. His enim tribus modis Christus nobis datus est, in humanitate scilicet, in verbo, & in sacramento. Quatuor autem de Manna dicuntur

primò quatuor, secundo ipsius forma & conditiones, tertio modus colligendi, quarto vfus eius.

Causa, quare Deus populo Israel dedit Manna de celo, primò erat: famis populi. Et Christus dicit in Psalmo: Propter miseriam inopum & gemitum pauperis excurressis & venisse &c.

Secundo idem Manna Israelitis dedit, vt ostenderet Deus suam veritatem, potentiam, iustitiam, bonitatem. Et Deus idem dedit filium suum ad hæc ostendenda &c.

Tertio, vt tentaret eos. Et Christus idem pauper & humilis venit. Ideo non per se, sed per Apostolos Euangelium in gentes prædicaui. Ideo denique non visibiliter, sed inuisibiliter in sacramento se dat, vt nos tentet, si velimus credere, etiam si ipsum non videamus. Et reuera nos tentat in sacramento, sicut enim primus homo in cibo vetito plus credidit diabolo, quàm Deo: sic Christus in hoc sacramento, ad expectationem prioris culpe, vult, vt plus credamus ipsius verbi, quàm nobis ipsi, aut sensui nostro, aut rationi.

Cæteram de forma & conditionibus ipsius Manne, sic habet scriptura.

Primò minutum, & in specie paruum, contempibileque erat, sed magnam habebat virtutem, sic enim Christus, sic verbum Dei, sic & sacramentum hoc &c.

Secundo, Manna erat album & candidum. Et Christus mundus ab omni peccato.

Tertio, Manna erat quasi pilotulum. Et Christus pilo patiens & torculari crucis ita contusus fuit, vt vndiq; preciosus eius sanguis efflueret.

B. D. L. O. L. 2. 2

4 Quarto, Manna habebat saporem mellis. Et Christus omnibus afflictiis dulces se exhibuit. Idem vides in verbo Dei & sacramento.

5 Quinto, Manna sapiebat vnicuique ut volebat. Et in Christo & sacramento inuenit quisque quod desiderat. Infirmus sanitatem, peccator veniam, iustus dum cedinem, afflicti consolatio-

6 nem.

Sexto Manna descendebat de caelo. Sic Christus & sacramentum hoc caelitus nobis data sunt. Item cum rore descendebat, sic

7 Christus cum gratia.

Septimo, Manna omnes in stuporem conuertebat & admirationem. Sic verè omni admiratione

8 dignissimum est hoc sacramentum.

Octauo, Manna omnibus erat commune: sic & sacramentum omnibus commune est, omnibusque sufficit, quemadmodum &

9 manna.

Nono, Manna omni die cadebat. Et Christus nobiscum est in

Mat. 28. sacramento omni tempore vsque

10 ad consummationem seculi.

Decimo, De Manna qui plus colligebat non habebat amplius, & e contra. Sic in sacramento plus per fidelis nihil minus habet, quàm diuisus &c.

11 Vadeimo, Manna desiciebat cum Israelite terram promissam attingerent. Sic in futuro seculo cessabunt sacramenta. Nihil enim ipsis tunc opus habebimus. Coram enim videbimus & habebimus Christum. Cum venerit, inquit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

12 Postremo, Manna ad memoriam etiam posterorum in templo serubatur. Sic & sacramentum perpetuò in Ecclesia manet

ad memoriam Christi.

Modus

Circa collectione autem mannae sic habet scriptura.

Primo, Praeceptum illis erat, ut summo mane quaerent: & nobis dicitur, ut ante omnia quaeramus regnum Dei, quod fit per auditionem verbi Dei, & perceptionem sacramentorum.

Illi omni die colligebant. Et nos nunquam non vti debemus sacramento.

Illis egrediendum erat. Et nos egredi iubemur à veteri vita. Item ab omni curiositate sensus, ne scilicet visu, vel gustu, vel tactu diiudicare velimus, num ibi sit corpus Christi: sed simpliciter verbo Dei credendum est.

Præterea illis præceptum erat, ut ad sufficientiam colligerent, non ad curiositatem. Idem nobis obseruandum est in hoc sacramento.

Denique illi in sexta die duplum colligebant propter sequens sabbatum. Ut nobis præcipitur, ut in hac nouissima hora non dormiamus, sed futura prouidentiam exemplo villicii illius Evangelici.

Cæterum vsus Mannæ erat, ut in mortario tunderetur vel mola frangeretur sicque coqueretur. Et nobis mysteria huius sacramenti minutatim, consideranda sunt, & in corde cõrto suscipienda, igneque diuini amoris coquenda, sicque in eorum dulcedine conuolenscendum.

Sicut autem ad Manna vetus non omnes aequaliter affecti erant: imò quidam super eo naufragati: sic nunc fit in sacramento &c.

Item sicut Manna vetus boni & mali comedebant, sed diuerso fine: Multi enim eorum in deserto perierunt: Sic sacramentum & boni

boni & mali sumunt, forte tamen Luc. 4. inaequali vite vel iteratis &c. Nam Christus postus est in ruinam & resurrectione multorum in Israel.

Postremo, sicut Manna aliquibus putrescebat & inutile reddebatur: sic sacramentum hoc multis inutile, imò dñofum est, nempe indignè fumentibus.

Vide igitur quòd in omnibus manna nostrum correspondet veteri, imò multo præstantius est. Nam in se & essentialiter habet fontem omnis boni, & non solum corpus, sed etiam & maximè animam pacis. Denique & vitam dat æternam. Nihil horum habuit vetus manna. Curandum igitur, ut grati simus, & pance illo caelesti bene vtamur.

Hactenus igitur satis ostensum puto, quam expresse in duabus illis figuris, agni paschalis scilicet & mannæ, præostensa fuerint Gen. 14. mysteria huius sacramenti.

Nunc si libet, addamus & Heb. 7. tertiam figuram, quæ fuit oblatio ipsius Melchisedec, de qua in 1 Genesi habetur.

1 In enim expressissimè Christum adumbravit nomine & officio. Sicut enim ille dicitur fuisse sine patre, sine matre, sine initio, sine fine, itemque rex Zedek, id est iustitiae, & rex Salem, id est pacis, denique & sacerdos Dei altissimi: sic verè Christus omnes hos titulos perfectissimè

4 habuit.

Et sicut Melchisedec Abrahamæ reuertenti è prælio prouolit panem & vinum, sic Christus in cena sua vltima, panis & vini sacramentis suis obtulit, idipsumque potissimum ordinauit & instituit ad confortationem & refe-

ctionem eorum, qui cum diabolo pugnant. Et quemadmodum Melchisedec prius panem & vinum Deo obtulit, postea per ipsa Abrahamum cum suis cibauit: sic sacramentum hoc nostrum, non tantum est refectio laicorum & debilibus, sed etiam sacrificium laudis & gratiarum actionis, quo in finem vsque mundi vti debemus. Hoc, inquit, facite in mei recordationem.

Iustissimè enim sacrificiū nominatur: tū quia versusus huius sacramenti est, vt in sumptionem eius Deo laudes & gratias offeramus: quòd in ipso repræsentatur, & quasi ob oculos ponitur vnicui illud sacrificium, quod

Christi in cruce perfecit, Deòque; sistitur crucifixus ille filius eius, ad moneturque; vt propter ipsius passionem & mortē nobis propiciari dignetur. Vt interim taceam, quòd per sacramentum hoc etiam nos admonemur, vt nos ipsos Deo offeramus, quemadmodum Christus se pro nobis obtulit. Congruè igitur dicitur sacrificium.

Vides igitur & hanc figuram omnibus modis quadrare ad sacramentum nostrum. Hæc autem omnia ideò dicta sunt, vt maiori fide & deuotione afficiamur ad sanctissimum illum cenam Domini. Et hæc enim quidem factis superque de ea dictum est. Nunc ad textum redeamus:

Cena autē facta, cum diabolus iam immisisset in cor Iude Ischarioris, vt proderet omnia, sciens Iesus, quòd omnia dedisset

d 3 feci

Sacrificium.

Mat. 10.

fer ei pater in manus, & quod ꝑ Deo exisset, & ad Deum iter: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cùm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Hic habetur ostensam charitatem Iesu erga discipulos suos. Odire certè nõ poterat eos, quibus pedes lauit.

Cæterum opus hoc non omnino post cœnam factum esse putemus, sed inter cœnam: quod primò ex eo patet, quòd dicitur, Surrexit à cœna.

Deinde, quòd infra dicitur, post loquonem recubuisse iterum.

Præterea, quòd in textu non dicitur, cœna finita, sed cœna facta, hoc est, parata, cùm sellect in conspectu apposita erat.

Ex hoc igitur & propter hoc ferè omnes sentiunt lotos esse pedes ante Eucharistiæ institutionem.

Et peluchè quidem hoc ad rem facit. Decet enim, vt mundis & loti accedamus ad Eucharistiam.

Verùm ex Ioanne colligi videtur, quòd hæc lotio post institutionem sacramenti facta sit.

Is enim à longè pedum continuam scribit historiam, quam

discerpere non licet, donec à consortio Iudam eniciat.

Si ergo postea institutum est sacramentum, consequitur ex ea historia, Iudam cum aliis corpus & sanguinem Christi non sumpsisse: id quod etiam alii asserunt.

Verùm hoc non permittit historia Lucæ. Illic enim, aperte dicitur, quòd monio Iudæ secuta fuerit institutionem sacramenti.

Verùm super hoc non libet contendere. Sufficiat nobis scire Christum discipulis pedes abluisse, sive hoc ante, sive post assumptionem sacramenti factum sit.

Ipsam igitur historiam attendamus. Est enim notatu dignissima: sed diligentem auditorem, & audium spectatorem postulat.

Nam facta Christi quæ hic narrantur, admodum pulchra sunt & mira.

Denique & ipsius Evangelistæ verba prudentissima sunt. Non enim simpliciter indicat quæ gesta sunt, sed cum pondere & grauitate verborum, vt magis moueat.

Primò enim antequàm ad factum Christi procedat, prius traditoris meminit.

Vt vel hinc æstimemus magnitudinem charitatis & humilitatis in Christo, qui etiam hostis & traditori ea ostendit, quæ alius vix fratribus & amicis ostenderet. Maxima siquidem charitas est, inimicos diligere & odientibus beneficere.

Secundò, etiam ideò traditoris meminit, vt videamus quomòdò miser ille, tanquam verum iam ac proprium mancipium

pium diaboli, de vno peccato in aliud ceciderit: Imò semper in maiora peccata, donec in profundum peruenierit. Suprà quidem Ioan. cum asseruit esse furem, & consuetum etiam loculos Domini defraudare. Paulo post alii Euangelistæ ostenderunt ipsum pecunias ad prodendum Christum accessisse à Iudæis. Hic autem maius quiddam dicitur nempe quòd obstinate decreuerit se cum hoc facinus perficere, nec vllis beneficiis aut admonitioni cedere velle: id quòd verè diabolicum est. Vnde & signanter addit, Diabolus hoc eius cordi immississe. Hanc inspiratorem suum facile audiuit impius ille. Christum autem bene mouentem audire contempsit, quemadmodum & omnes impii solent. Ego (inquit Christus) veni in nomine patris mei, & non receptus: me: veniet alius in nomine suo, hunc recipietis.

Ioan. 5.

Videmus autem hic diaboli conatum & cogitationes eò tendere, vt non solum homines, sed etiam (si possit) Christum ipsum perdat.

Videmus item, quis præcipuus ille effusor sanguinis Christi fuerit, nempe diabolus ipse: in regno suo, hoc est, in terra cum pati & videre non poterat. Timebat se ab eo pelli: esse è regno suo. Ad hoc homicidiũ vel latrocinium, primò vñs fuit concilio Phariæorum: Deinde malitia proditoris postremò manibus peccatorum. Non tamen sine promissione Dei, quando quidè ab æterno deñitum erat, sanguinem innocenti filii Dei genus humanum redimendum.

Dicamus hic diaboli naturam & opus, nempe quòd mala inspi-

rat & suggerit, sicut etiam deus per spiritum suum bona cordibus fidelium inspirat. De suggestio ne diaboli exemplum habes in Annia & Saphira. Nouit impius ille, & confitebitur, vt plurimũ, quæ bona sunt, impedit. Thessa. 2. Mala autem promouere. Gen. 3.

Scitote igitur à diabolo esse, quoribus peccata & offendicula frunt, & non ex Deo, vt hæretici tradunt. Omnibus inquam, peccatoribus ab exordio seculi diabolus inspirauit, vt contra deum agerent.

Signanter autem hoc in Iudæ & Iudæis ostensum est, quid possit diabolus. Hunc enim instigauit & pertraxit ad prodicionem proprii magistri, illos autem ad occisionem proprii Messie & regis.

Orandum igitur, vt Deus sua gratia corda nostra præcludat huiusmodi diabolicis suggestio- nibus. Nihil enim boni consulti impius ille.

Deinde etiã potentie & scientie Christi meminit: Primò, ne quis putaret Christum ideo deum non esse, quia Iudas eum de se non esse. Quod enim in principio erat, nempe Deus, hoc & permanit, etiam traditus & crucifixus.

Secundò, ideò potentie Christi meminit, vt ex commendatione tantæ sublimitatis, comédatus & mirabilis fiat opus summe humilitatis. In eum modis & Paulus humilitatè & obediẽtia Christi comédaturus, à sublimitate eius incipit. Qui cum in forma Dei esset, &c. Nunquam enim humiliationem Christi recẽstimare possumus, nisi simul etiam altitudinem eius consideremus. Sicut nec charitatem eius cum recẽstimare potest,

nisi simul cogiter, quibus & quā indignis eam impenderit.

Tribus autem verbis Christi immensam sublimitatem ostendit. Horum primum est, Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, hoc est, cum sciret se Dominum esse omnium, etiam diaboli & impiorum, & tamen ob amorem hominum hanc suam potentiam quasi seposuit, vel potius abscondit, factus infirmus & humilis, adeo vne dum piis ministraret, sed etiā impiis impune permitteret in se scire: tātum vt ho mini succurreret, verē magna humilitatio, & ingens dilectio.

Vel aliter, sciens qd pater omnia dedit ei in manus, hoc est, sciebat salutē humani generis in ipso pendere. In voluntate siquidem ipsius situm erat, num homo saluaretur an periret. Sciebat itē ac certē agnoscebat munus sibi à patre commissum, quod est saluare homines. Ideo strenue id ipsum opus aggressus est.

Maximam autem nobis consolationem adferunt duo hae verba, quod pater Christo omnia dedit, & in manus, nempe iustitiam, remissionem peccatorum, vitam, salutem, redemptionem iudicium, remissionem regnū &c. Monetur autem hoc verbo, vt & nos sciamus & attendamus, quid Deus nobis dederit, quid commiserit vel praeceperit.

Secundum verbum, sublimitatem Christi ostendens, est quod à Deo exiit. Omnes quidem creaturae à Deo sunt per creationem. Christus autem à Deo exiit per eternam generationem. Idem igitur est, ac si diceret, Sciens se filium Dei naturalem esse, nihilominus tamen se ita humiliauit &c.

Vel sciens quod à Deo exiit, quodque filius Dei & Deus esset, adeo fecit quod Deum, quod filium Dei decebat, nempe comparari, misereri, benefacere, lauare, mūdare, saluare, &c. hac enim Dei propria sunt.

Tertium verbum, sublimitatem Christi ostendens, est quod à Deo vadit. Hic libet verba Augustini ascribere: A Deo, inquit, exiit, sed Deum non reliquit. Ad Deum vadit, sed homines nos non reliquit. Sensus autem est, Ad Deum vadit, id est, certus erat de sua gloria: quantumque abiectus videbatur, sciebat se consuetum ad patris dexteram, & auditurum, Sede à dextera meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Interim tamen & amicis & inimicis se subdidit.

Hoc igitur exemplo nec nos dubitemus omnibus benefacere, quandoquidem & nobis certa, propter hoc gloria promissa est.

Haec enim igitur Euangelista nos ad considerationem personae Christi direxit.

Deinceps opus ipsum describit & quasi oculis subiecit, nimirum vt faciamus, quod proculdubio fecerunt Apostoli dum hac viderent, nempe, vt digenter attendamus, miremur singula, & expectemus finem. Verē enim magnum & mirum spectaculum est, à seculo nunquam visum.

Primo enim non consueverunt Domini prius surgere à mensa, quam serui. At Christus ipsis recumbentibus surgit, vt verum appareat illud quod paulo post dixit, Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministras. Itēque illud, filius hominis

Luc. 21.
Mat. 26.

minis

minis non venit ministrare, sed ministrare.

2 Deinde depositione vestimentorum, praecinctione, & apportatione aquae ostendit se planē paratum ministrare, adiuuare, benefacere, id quod summū nos cō solari debet.

3 Postremo re ipsa ministrat, & quidem humilimē: procumbit enim ad genua, incipit lauare non manus, quod honestius ministerium fuisse, sed pedes, quod abiectionisimum atque odiosū dē offit officium, vt non nisi indignissimis cōmittatur. Et haec omnia solus exequitur: solus aquam infundit, solus lauat, solus tergit.

Quis hic non exclamet cum Abacuc 3: Propheta: Consideraui opera tua, & expaui: Amabo confiteri quis fuerit Christus, & quibus lauerit pedes. De dignitate Christi iam audiuius. Quid autem humiliter ait Apostolis: Omnes enim erant pauperes & contemptibiles. Insuper vnus ex eis erat proditor, alter futurus erat abiurator, nihilominus tam amanter eis ministrat. Quid negare nobis poterit, qui tantum se humiliat? Reuera enim hic intelligis, quod omnino factus fuerit omnium virorum nouissimus. Ideo autem pedes potius lauit, quam manus aut caput: quia in lauandis pedibus & affectuosior est gestus humilitatis, & propinquior significatio charitatis, qua nos lauit in sanguine suo.

Omnia autem haec nihil aliud sunt, nisi exemplū, imō praepcepta, quibus iudicium, vt cum prompto animo iniucem seruamus. Non dedignantur nec erubescit Dominus calorum, quod maxime sibi erubescendum putant, qui de potestate gloriantur nedū

seculares, sed etiam Ecclesiastici, quorum vel maxime est, Christi humilitatem & manifestudinem imitari.

Primi autem Christiani adeo non erubescunt humile hoc ministerium fratribus impendere, vt etiam cum summa alacritate hoc facerent. An non legimus de magno illo patriarcha Abraham, quod hospitibus peregrinātibus pedes lauari fecit? Idē fecit Loth nepos eius ex fratre. In nouo Testamento hoc opus vel maxime in vsu fuit. Vnde Paulus nō admittit viduū, nisi sanctorū pedes lauerit &c. Nunc autē citius inueniuntur, maxime inter Ecclesiae praelatos, qui proprios pedes in vino lauant, quam vt pauperi vel calcem aquae frigidae porrigerēt. Lauare pedes aliorum nunc vocatur hypocriticū. Sic enim nūc vel maxime contra bona opera praedicator. Mala nemo arguit Et ad hoc res deuenit, vt pauci tamen curent, vt bonū siue malū faciant. Impleturque, nunc quod Augustinus haereticos quosdam, qui praedestinati nominantur, dicere auferit: Peccemus, etiā scruo faciamus quod volumus. Christus purgat nos &c.

Damnata igitur Christus hoc a suo factio superbiam nostrā, qua fit vt est homines, et si mortales simus, dedignantur tamen aliis vel in minimo nos submittere & cedere: tantum abest vt inimicis cedamus vel benefaciamus.

Hae est superbia cordis humana, quam hoc Christi factum omnino damnat.

Erubescat igitur homo de sua superbia, cū videat filium dei in tāta humilitate seruire. Quid igitur superbis terra & cinis? Adhuc extenso collo ambulat li-

Gen. 18.

Gen. 19.

1.Tim. 5.

Augu. super Epist. Iohannis.

lis hominibus inuenire seculi huius militatis. Saluator tuus pronus ministrat, & tu te alius praefert? Christus etiam proditori pedes lauat, & tu de dignis reconcilia ri fratri?

2 Deinde Christus hoc facto omnem ex Apostolorum cordibus voluit euellere arrogantiam quod vitium illustribus viris & magna gratia aut officio praeditis admodum peculiare est. Ideo nedum verbis, sed etiam facto & exemplo suo eos ad modestiam & mansuetudinem excitare voluit, idque iam moriturus, vt alius eis insingeretur.

3 Praterea Christus hac sui deiectione remedium opposuit contra primam peccati hominis nempe superbiam. Quod enim primus homo superbiendo deliquit, hoc Christus sua humilitate excoluit.

4 Insuper Christus hoc facto docuit neminem exaltandum, nisi prius humiliatum; neminem subleuandum, nisi prius deiectum.

5 Postremo totum etiam negocium Christi Ioannes his verbis adumbravit. Primo enim reuera Christus surrexit a cenae, id est, de accubitu suo, de sinu patris, de throno inscruentis superbiae. Nec ab aliud surrexit, quia propter miseriam inopum & gemitum pauperum.

Deinde deposuit vestimenta gloriae, exiit se omnibus iustis & quicquid habuit virtutum, scilicet gloriam, famam, nomen, potentiam, exinanivit se in claritate quam habuit priusquam mundus fieret, adeo vt nudus, id est, nostri per omnia similis factus apparuerit. Vnde quemadmodum olim impius Cham patrem suum denudatum irrisit, sic nedum Iudei, sed plerique etiam Pseudo

christiani hanc Christi humilitationem irriserunt, ac propterea contederunt eum non esse Deum de Deo genitum, sed tantum hominem, & ex Maria esse coepisse.

Praterea praecinxit se lineo albo, id est, immaculato corpore, incorruptaque natura humana, quae quasi lineum album, non solum in hoc mundo fuit, sed etiam non mundis reddidit, maculasque abstergit.

Vel lineo se praecinxit, id est, tribulatione passionis & mortis; atque in hoc charitatem, quam magnifice inchoauit, magnificenter perfecit.

Deinde misit aquam in peluum, id est, super credentes vsudit Spiritum sanctum quem sua passione nobis promouerat, qui Spiritus in Ezechiele dicitur aqua munda. Effundam, inquit, super vos: aquam mundam &c.

Vel misit aquam in peluum, id est, aperuit nobis sensum, vt intellexeremus scripturas. Olim erat aqua illa in hydra: clausa erat scriptura, signata erat liber abscedita dei mysteria, velata erat facies Moysi. Nunc autem Christus in peluum misit aquam, id est, quae in scripturis abscedita erant, reuelata ad salutem credentium. Ab eoigit tempore cepit lauare nos. Caeperit inquam: nam nondum ipse fecit, quin adhuc quotidie nos lauat, & extergit lineo, id est, merito suae passionis.

Hinc igitur non tantum Christi charitatem, sed etiam nostram miseriam cognoscere possumus.

Magna enim immunditia sit oportet, quam non nisi filius Dei abstergere poterit, & non nisi filio accedente & sanguine suo.

Profunde cecidisse hominem hic apparet, quod filius Dei

Dei intantum se humiliare & descendere cersitur.

Imitentur hoc exemplum Christi, Pastores Ecclesiae. Surgant per vigilantiam, parati ad ministrandum. Abiciant quicquid impedit a ministrando. Aperiatur alius scripturae occulta mysteria. Lauent alios, sed ita, vt praecincti sint lineo, ne scilicet alios mundantes, se ipsos inquinent.

Venit ergo ad Simonem Petrum, Dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes. Respondit Iesus: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Iesus: Si non lauro te, non habebis partem mecum. Dicit ei Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quifnam esset qui proderet se. Propterea dixit, non estis mundi omnes.

Sunt qui putent Christum a Iuda incepisse, & sic ascendendum tandem & vltimo peruenisse ad Petrum. Hoc tamen alii repro-

bant, hac ratione permoti, quod est Iudas perfricta fronte hoc Christi ministerium sustinisset, alii tamen discipuli non rascuerunt.

Verisimilis igitur est, quod a Petro incepserit, qui prior inter Apostolos erat, non vocatione, (nam Andreas ante ipsum sequutus est Christum) sed electione in apostolatum. Illic enim Petrus primo loco ponitur.

Congruè autem a maiorincipit lotionem. Vbi enim Pastor vel praelatus, vel in doctrina vel in vita immundus est, facile immunditiam contrahunt etiam alios subditis: imò quomodo talis alios mudabit, cum ipse immundus sit? si sal infatuatū fuerit, in quo salientur alia?

Nec mysterio caret, quod Evangelista Petrum non tantum nominat eo nomine, quod a Christo accepit: sed etiam eo, quod antiquitus habuit. Venit, inquit, ad Simonem Petrum, imò antiquum nomen praeposuit. Petrus enim, vt infra patebit, in seipso & carnis & fidei naturam expressit: ideo etiam diuersis nominibus nominatur.

Ceterum in colloquio Christi ter loquitur Petrus, sed dissimiliter. Primo enim ex ignorantia, secundò ex pertinacia, tertio ex fide. Ter itidem respondit Christus. Primo instruit eius ignorantiam, secundò arguit & retundit eius pertinaciam, tertio commendat eius fidem. Eodem modo & nos cum Deo loquimur, & ipse nobiscum &c.

Ceterum quod Petrus primò interrogando dicit, Domine, tu mihi lauas pedes? Satis apparet, imò expausit ad tantam Domini dignationem. Nec mirum. Idem enim etiam alii fecissent, si ab

Matt. 10

ipis

PASSIONIS DOMINICAE

ipſis incepſiſſet. Imò quis nõ ſtupereꝝ, videns Dominum maieſtatis tam humiliter hominibus miniſtrantem: Iudicium pii cordis eſt, ad opera Dei obſtupēſce re & admirari. Sic Moſes, & ſi pergebat videre quare rubus nõ cõbureretur: audiens tamen Dominum de rubo, non auſus fuit appropinquare. Sic Iacob cũ diſceſſet in ſomnis ſcalam &c. euigilans quaſi obſtupuit ad tantam Dei dignationem. Quam terribilis, inquit, eſt locus iſte?

Iam ſi verbum hoc Petri expendamus, videbimus eum, varios habuiſſe reſpectus, partim bonos, partim imperfecos.

Primò enim excellentē illam Domini dignitatem conſiderauit, cum dixit: Domine, tu. Conſiderauit, inquam, quam vile miniſterium eſſet abluere pedes, cum pedes inſima membra ſint & adeò vilia, vt non niſi petita venia nominentur. Indignum igitur putabat, vt he manus, quę tot miracula in populo fecerant ſibi lauarent pedes: & hoc quidẽ bonum erat.

Deinde e regione conſiderauit propriam indignitatem, cũ dicit, Mihi: & illud etiam bonum erat. Ex his igitur duobus intulit, luſtus eſſe vt ipſe Chriſto ſeruiret, quam vt Chriſtus ſibi, quod & ipſum laudabile eſt. Fateri enim cogimur, Deũ nobis nihil debere, nos autẽ illi plurimũ. Domine, tu mihi lauas pedes? tu Domini maieſtatis mihi viliffimę creature, imò peccatori: Errat autẽ Petrus in eo, quod putabat inglorium eſſe Chriſto, nobis niſtrare: quem admodum & nunc quidã putat Chriſto ingloriũ & inhoneſtũ eſſe, quod corpus ſuũ nobis ad mädücãdũ tradit, eam

hęc ſit ſumma eius gloria. Hinc enim perfectẽ elucet eius immenſa erga nos dilectio & miſericordia. Verum hęc eſt carnis natura, quod in peccido nulla Dei reuerentia mouetur, in deprecando autem peccatũ, reuerens videtur videri, conſens eſt indigniorẽ eſſe, quam vt audeat accedere. Sic Petrus qui hæc admodum reuerens videtur erga Chriſtum, paulo poſt nulla eius reuerentia cum negaturus eſt. Idem & nos facimus. Deinde etiã in hoc errauit Petrus, quod quaſi reuerentiam exhibiturus Chriſto, reſpeltit & abſiuit eius miniſteriu, quem admodũ & in alio loco ob eandem cauſam, Chriſtum a ſe repulit cũ dixit: Exi a me Domine, quia homo peccator ſum. Imò ſi te peccatorem cõſideras, oportet vt a te Dominum non repelles. Videtur quidem eſſe reuerentia, ſed præpoſita eſt, & tantũ e carnis eſtimatione procedens, quem admodum perique ob indignitatem ſuam fe Deum inhonorare putant, ſi eum orent, vel ſacramentum percipiãt.

Ad ſides aliter ſentit, nepe quod Deum inhonorat ille qui peccat, non qui veniam petit, & remediis vitur a Deo ordinatis. Sic Deum inhonorat, non qui ipſius opus & miniſterium ſuſcipit, ſed qui reſiſtit, & ſenſum ſuũ proponit voluntati Dei.

Pũ quidẽ eſt, indignitatẽ noſtrã fateri. Imò ſi e oportet: Pũ etiã eſt, Dei maieſtatẽ reuereri. Verũ pietas hæc in ſuperſtitione vergit, ſi propter indignitatẽ noſtrã miniſteriu Chriſti excludamus. Non eſt igitur quod vereamur Deũ accedere, quãdoquidẽ ipſe præcipit vt eũ accedamus, & inuocemus: Venite, inquit, ad

me omnes qui laboratis. Et iterũ: Inuoca me in die tribulationis. Imò ſummum honorem Deo impendis, ſi eum fideliter inuocas: Summã autem ignominiam & contemptum ei irrogas, ſi eum vocantem & auxilium pollicentem non accedendo contemas. Sic ſummum honorem Chriſto impendis, cum eum miniſteriu in te fers & pateris. Hinc eſt quod Maria, oculo ſedens ad pedes Jeſu, & miniſteriu Chriſti quod prædicando exhibebat, ferens, præ negotioſa Martha multo honoriſcientius commendatur.

In ſumma: ſi ſalutem deſideras, oportet vt a te medicum nõ repellas. Imò eo confidentius accede, quod maior eſt tua indignitas & infirmitas, ſic enim in extrema neceſſitate non attendimus vel noſtram indignitatẽ, vel aliorum dignitatẽ diuimodo nobis conſulatur & auxilium præſtetur: Sic famelicus non veretur etiam honoratiſſimum quemque accedere, nimium vigente eum famis neceſſitate: & tu fac ſimiliter.

Ceterum in ſecundo ſuo verbo Petrus adhuc pertinacius loquitur, zelum quidem prætendens, ſed non ſecundum ſcientiã.

Non, inquit, lauas mihi pedes in æternum. Vbi iterum vides carnis naturam, quod ſemper pertinax eſt in ſuo bono, quod videtur, propoſito, ac inordicus ſua opinionem bona ſpecie conceptam deſenſat, ſiue cantiles, ſiue ſaltes. Sic Chriſtus pie quidem inſtruxerat Petrum, ſed fruſtra.

Eandem pertinaciam vides in Dauide, cum ei diſſuaderetur, ne populum numeraret. Et in Iofia, cum a bello contra regem Aegypti retraheretur. Hinc Sapiens:

Eſt via, inquit, quæ videtur homini iuſta: & nouiffima eius ducunt ad mortem.

Petrus igitur eorum figuram tenet, quibus tantum placent, quæ ipſi bona videntur, & quæ bona intentione faciunt. Actui non ſatis eſt, ſi tibi aliquid bonum vi deatur, niſi & Deo approbetur. Perique enim cõtingit, vt quod non bonum putamus, bonum non ſit: vt cum Saul facerdotis officium immolando vſurparet. Item cum peccora ab Amalechitis rapta, ad ſacrificandum referaret.

Sic nõ ſatis eſt habere bonam intentionem, ſed inuſper videndum eſt, quid Deus velit: alioque & perſecutores Chriſtianorum excuſantur bona enim intentione ne ipſos perſequebantur, putantes fe obſequium præſtare Deo.

Interim autem Chriſtus primò quidem Petrum arguit ignorantiã, cũ dicit.

Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtes: Quafi dicat. Quid obſiſti, cũ neſcias qua cauſa, quod ego ſine hoc faciam? Nõ eſt oculo quod facio, etiam ſi tu nõ intelligas. Sic alias Ioanni, eum baptizare formidanti, dixit: Sine modo. Sic nõ decet implere omnem inuſtriam. Verẽ autem ne ſciebat Petrus qd Chriſtus tunc facerem. Putabat enim hoc miniſterium ſolummodo ad aliquum corporis recreationem (vt fieri ſoleat) a Domino ceptum fuiſſe.

Deinde nondum plenẽ nouerat huius maſtri ſui diſciplinã, quod ſcilicet in ſchola eius ille maior, qui humilior eſſet: quodque maxime ipſe Dominus omnium in ſumma humilitatis arce regnaret. Vnde & infra dicit, quod inter Apoſtolos de primatu conſentio fuit &c.

Præter

33

Mat. 3.

Gen. 28.

Luc. 5.

Ioan. 26.

Mat. 3.

2

8. Par. 21.

2. Par. 25.

Mat. 28.

me

Luc. 22.

Præterea Petrus ignorabat, quod tenderet hæc sua pertinacia ac præpostera reverentia, nempe ad iustificationem sui ipsius.

Qui enim à Christo lauari nõ vult, quid aliud præteridit, quam quod iustus sit, & gratia Dei nõ opus habeat? Hoc autem Petrus non considerabat, nempe quod verba sua eo tenderent: alioqui non repugnasset.

Non tamen statim Christus ei huius lotionis causam ostendit. Est enim tempus operandi; est & tempus loquendi. In utroque autem decet vt Deo obtemperemus.

Cæterum verè dixit, Scies autem postea: statim enim postquam iterum recubuit, eis hoc mysterium explicauit. Deinde hæc Christi humilitas adeo Petri animo infudit, vt & ipse postmodum etiam alios ad similia hortaretur. Humilissimi, inquit, sub potenti manu &c.

Docemur autem hoc verbo, non temere exigamus ratione operum Dei, sed humiliter obediamus. Quod enim Petrus hic dicitur, omnibus nobis dicitur. Verè enim neficium, nec intelligimus quod Deus iam nobiscum opera ter. Lauat quidem nos nunc propteris, nunc aduersis: Verùm nos non intelligimus. Sciemus autem postea, cum scilicet per spiritum illuminabimur, maxime autem in futuro seculo.

Hæc vbi responsio ad primum Petri verbum.

Cæterum ad pertinaciam eius durius respondit: Si non lauro (inquit) te, non habebis partem mecum. Quasi dicit, Si tu prætre contendis, nec mihi te submittere, non potes me esse discipulum. Schola enim Christi, tales exi-

git audiores, qui & propria voluntatem resignent, & proprium sensum mortificent, denique & omnem intellectum suum captiuent in obsequium Christi.

Sic igitur quem promissione sedare non poterat, comminatione sedat. Magna enim comminatione est. Non habebis partem mecum. Cum christo enim partem non habere, est cum diabolo & omnibus impiis partem habere.

Imò sicut nihil melius homini contingere potest, quam partem habere cum Christo: sic certissima damnatio est, cum ipso non participare.

Agamus & patiamur charissimi, qui quid agendum & patiendum nobis imponitur, ne hæc cum Christo partem amittamus. Partem enim cum Christo habere, est & hic communicare ipsius gratia, spiritui & verbo, & in futuro ipsius gloriæ & regno.

Hanc partem Petrus postea Simonì Mago denegabat. Non est, inquit, tibi pars in sermone hoc.

Cæterum hoc verbum Christi, etiam aliter intelligi potest. Quasi dicit Si non lauro te, &c. quid adeo expauescis hunc humilitatis meæ habitum, talèque ministerium? Non vis vt aqua te lauem, cum necesse sit vt sanguine meo abluar. Nisi enim ego alius adhuc præcinctus, maiori meo labore & dispendio te lauro, non habebis partem mecum. Verè enim nisi Christus lauisset electos suos sanguine suo, nec Petrus, nec quisquam hominum partem cum illo habere potuisset.

Sic & nunc, quem Christus non mundat, immundus manet quem admodum & olim nemo mundabatur, nisi aqua operationis ab-

terge

tergeretur. Atqui nihil immundum intrabit in regnum Christi, congruè igitur dicit: Si non lauro te, non habebis partem mecum.

Hoc igitur dicto Christus exponit, quid lotio pedum significet, & quare ante passionem pedes discipulorum lauerit.

Docuit enim per hoc, quòd officium suum est, purgare & abluere peccatorum fordes: quòd fit sanguinis sui adspersione.

Igitur hæc lotio pedum, totam passionem Christi significat, qua nobis ministratur, nõ que lauit.

Obserua igitur hoc loco, quòd sine Christo nemo à peccatis mundatur.

Similique vide oscitantiam non stram, qui audimus nos cum Christo partem non habituros, nisi ipse nos lauerit: nec tamen accurrimus, cum ipsam præsentem habeamus.

Certe Petrus verbo & comminatione hæc Christi territus, plene se Christo submisit: Domine, inquit, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Q. d. si sic res habes, age fiat non mea, sed tua voluntas: nihil obstituto, quo minus me laues. Tantum ne te separet. En offero manus, pedes, caput, totum corpus: Laua, terge, prout libet, nihil recuso. Prius non intellexeram, idèò veniam peto &c. Hoc nimirum est quòd Chrylóstomus de ipso dicit: Petrus in reculendo vehemens, in permittendo vehementior, vt unum que ex amore.

Atque hic videmus naturam fidei, quæ se totam in diuinà resignat voluntatem, vt nobiscum agat, vt cunq; eandem libet, ipse vitam, ipse exitum inueniat pro sua voluntate. Sic Dauid, Si dixit (inquit) mihi, Non places: præ-

sum, faciat quòd bonum est in oculis eius. Sic Abraham plene se Deo commisit, sequens cum quoquecum duceret.

Hæc autem sui ipsius in diuinam voluntatem resignatio, cultus est Deo longè gratissimus. Vnde Christus dicit: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me.

Obserua autem, quòd Petrus vltra pedes offert etiam manus & caput lauanda. Non solum enim affectibus, sed etiam opera & ipsa denique intentio indigent læ penemur purgatione. Hinc Dauid totum se immundum confitetur: Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum &c. Adspere igitur me hyposo, & mundabor, &c. In summa: Verbum hoc Petri indicat, quòd totaliter inquinati sumus in corpore & anima, in affectibus, operibus, intentione, voluntate & intellectu.

Opus igitur habemus Christo. Opus igitur habemus Christo. Deinde verbi hoc docet, quid potissimum petamus à Christo, nepe vt totos nos mundet, quo totos nos creauit. Nisi enim primò mundati fuerimus, non possumus esse participes honorum Christi.

Demum ostendit, quid potissimum Deo offerre debeamus, pro inumeris suis beneficiis, nempe omnimodam resignationem non temporalium tantum bonorum, sed propriæ voluntatis & rationis: Vbi dicere possumus cum Dauid: Paratum cor meum Deus, propter te scilicet abnegare mundum: Iterum, Paratum cor meum, abnegare scilicet etiam meipsum. Sic Abraham etiam obediuit cum iubere relinquire patriam, sed etiam cum iuberetur occidere filium. Verum pauci sunt qui nunc cum

imitant

Eccl. 1.

1. Pet. 2.

Ad. 2.

Gen. 12.

Mat. 16.

Psal. 90.

Psal. 107.

Gen. 12.

Gen. 22.

imitantur. Possent quidem inueniri qui temporalia abdicent: sed rarissimus est, qui propriam voluntatem iugulet.

Ceterum quamquam Petrus & manus & caput ablunda offerat, Christus tamen, quod ceperat, tantummodo pedes abluit.

Qui lotus, inquit, est, non indiget, nisi vt pedes lauet. Q. d. Non opus est, Petre, vt manus & caput tibi lauem. In his enim locis satis lotus es. Pedes autem non potest facis lauare: statim enim iterum in quinantur.

Vide autem quam apte Christus à rebus externis, ad res spirituales sermonem conuertat. Relicta enim ablutione corporalium membrorum, transit ad ablutionem membrorum interiorum ipsius animæ, quæ sunt affectus, qui hic per pedes signantur.

Sicut enim in omnibus negotiis pedibus terram cõculamus, sic sine affectibus mortalitas nostra non viuit. Affectus enim in omnibus negotiis se inferunt, adeo vt si quis eos ablutione & purgatione negaret indigere, plane seipsum lauet. Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducemus, & veritas in nobis non est.

Quotidie igitur pedes nostros lauat, qui sine intermissione in cælo pro nobis interpellat. Et quod duplex hæc lotio quotidiana nobis necessaria fit, fatetur ipsi cum orando dicimus: Dimitte nobis debita &c.

Ceterum Christus hoc verbo, (Qui lotus est &c.) manifeste ostendit, duplici ablutione nobis opus esse. Vna, qua totum corpus ab innata immunditie: Altera, qua pedes à quotidiano puluere & luto, quod subinde inhæret,

abluantur. Vt ranque autem abluitionem Christus suo sanguine nobis parauit. Et prima quidem fit in baptismo. Ibi enim totus homo abluatur ab innata immunditie, id est, peccato originali. Et hæc quidem fit in baptisterio, & tantum semel. Vnde dicit: Qui lotus est, non indiget denuo hoc modo loti uari in baptismo. Satis enim est, semel baptizatum esse. Hoc tantum curandum est, vt pedes subinde lauentur.

Hæc autem secunda ablutio fit non in baptisterio, sed in Põdopitro, hoc est, in penitentia quæ quotidiana peccata emundat. Est enim secunda tabula, qua qui post baptismi abluitione naufragium securum, enatare possunt. De hac abluitione dicit Isaias Lauantibus pedum, in penitentia semper fieri debet. Nam via in qua gradimur, polluta est, vt David ait. Et fordes Hierusalem in pedibus eius.

Vnde & Paulus: Si quis se emundauerit ab illis, erit vas in honorem &c.

Ceterum mouere aliquem possunt, quod Christus addit: Sed est mundus totus. Quomodo enim totus mundus est, qui adhuc iubet pedes lauare? Imò quomodo totus mundus est, qui baptizatus est, cum scriptura vbique asserat, neminem sine peccato esse?

Et quidem verissimum est, quod nemo sine peccato est: Nihilominus tamen etiam verum est, quod totus mundus est, quisquis per fidem purificatus est.

Is enim quia corpori Christi infusus est, Christi sanctitatem & puritatem per fidem participat & possidet. Hinc Paulus creditur dicit: Ablutus estis, sanctificati

cati estis per nomẽ Domini Iesu.

Et iterum: Nihil dationis est his qui sunt in Christo Iesu. Hinc idem Christo infusi, dicuntur sancti propter fidem, nomen & sanguinem Christi. Interim tamen in seipsis nihil sunt, nisi peccatores: & multum quidem peccatorum habet adhuc, sed nihil dationis: quia apud Deum mundi reputantur propter fidem in Christum. Hinc Paulus de seipso: Mente quidem, inquit, seruius legi Dei, sed carne legi peccati.

1 Colligitur igitur ex hoc verbo Christi, quod Apostoli fuerint baptizati: Alioquin non dixisset illis, non indiget nisi vt pedes lauet.

2 Colligitur secundo, quod non satis est esse baptizatum, nisi & subinde pedes lauemus.

3 Colligitur tertio, maior esse vim gratiæ quam peccati. Vbi enim gratia est, ibi homo iustus & mundus reputatur coram Deo, etiam si in se adhuc non omnino sine imperfectionibus & peccatis sit.

4 Colligitur quarto, relapsis post baptismum necessariam esse penitentiam.

5 Colligitur quinto, quod præconi Euangelico non sufficit cum munis illa puritas, quam præstat baptismus & Euangelicæ fidei professio, nisi pedes, id est, animi affectus subinde purgentur ab omnibus inquinamentis huius mundi, à quibus tamen vix quisquam purus esse potest, nisi subinde per misericordiam Christi, contagium ex hominum commercio contrarium studet abluere.

Hæc tamen igitur Christus verbum hoc, Qui lotus est &c. in genere dixit: Maxime sermonem ad Apostolos in speciali conuenit.

Et vos, inquit, mundi estis, sed

non omnes Mundi erant Apostoli, quia baptizati erant, & Christo inhærebant, eumque insatigabili studio quæbantur, & amabant.

Maximè autem mundi erant ab impecate & auaritia Iudæi proditoris.

Lucidè autem sonat, quod iudex ipse eos mundos pronunciat.

Ceterum terribile est, quod addit: Sed non omnes. quo verbo Christus nedum Iudæ percudit, sed etiam omnes sub titulo Christiani nominis impiè viuentes.

Nõ enim quicquid auri specie fulger, aurum est. Nõ & Iudas externè lotos habebat pedes, & inter Apostolos cõuerfabatur: sed corpore tantum, non fide. Proinde illos manus & pedibus proiecit ut in tenebris exteriores.

Signanter autè Ioannes addit, Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: vt sciamus propter folam Iudam Christum dixisse, Non estis mundi omnes.

Hoc autem verbum veræ charitatis & humilitatis nobis exemplum ostendit. Videbat Christus animam impij huius. Sciebat tamen cõflicta eius. Honorauit tamen eum vt alios, adeo vt etiam pedes illius lauaret. Hic discit inimici diligere, & obedientibus benefacere.

Atque hæc mirabilis perfectior clementia, Dominicæ naturæ propria est. Non enim ideo statim punit, quia nouit peccata: sed clementer ferens, multis reuocat modis, plerumque etiam proditoribus suis benefaciens, vt verum appareat illud Propheticum, Non lo mortem peccatoris &c.

Deinde hoc verbo ostenditur magnitudo peccati ipsius Iudæ, quod nec Christus abluere potuit, mirum impio illo reluctante.

e Mira

Miratur quorundam impiorū peccata, atque hinc eorum grauitatem & perneciam perspēdimus, quōd nec prophetae a sanate poterunt; quantumuis medicamentorum apponerēt, quēmadmodū vnus eorū dicit: Cur auimus Babylonem, & non est sanata. Quantum igitur fuit peccatum Iudae, quod tanta remedia a summo medico Christo accepit, nec tamen sanatum est?

Postquā ergo lauisset pedes eorum, recepitque vestibus suis accubuisse, dixit eis: scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magistrum et Dominū, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & magister, & vos debetis inuicē aliū aliorum lauare pedes. Exemplū enim praeui vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amē amē dico vobis, Nō est seruus maior Domino suo, neque legatus maior est eo qui legauit ipsum. Si haec nouissetis, beati estis si fecerissetis ea. Nō de omnibus vobis loquor. Ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura, Qui edidit meū panem, sustu-

lit aduersum me calcaneum suū. Hoc nunc dico vobis, priusquā fiat, vt cum factum fuerit, credatis quōd ego sum. Amen amen dico vobis, qui recepit quemcūque misero, me recipit. Qui autē me recipit, recipit eum qui me misit.

Hic Christus praestat, quod Petro promiserat cum eius pedes lauarē. Scies, inquit, postea, quid scilicet haec loquē pedum significet, hoc nunc ostendit. Sic enim quolibet suo tempore agendum. Primō fiat opus ipsum in se, deinde sequatur praedicatio & interpretatio quid sibi velit opus ipsum. Non autem statim Christus significationē huius lotionis aperuit, vt discipuli ea causam ignorantes, eo diligētius accēderent, eōque magis admirarētur. Nunc autem sublati linteo & peluiceterū recūbit, & ad praedicandū se accingit.

Et primō interrogatio ipsos attentos facit: cum enim interrogamur quod nescimus, solemus quasi manu pulsanti excitati, attentius audire. Sic Christus hic facit. Scitis, inquit, quid fecerim vobis? Imō nequamquam sciebant. Non quidem ignorabant pedes sibi ablutos, sed ad quid, & quare, planē nesciebant. Hic igitur doctore opus habebant.

Generaliter autem omnibus vobis dici patemus: Scitis quid fecerim vobis? Per hoc enim verbū excitari debemus ad meditandū, quae a Domino accepimus. Vnde & Paulus dicit, Nos spiritu Dei accepisse, vt sciamus quae a Deo dona-

donata sunt nobis. ^{1. Cor. 2.} Dicit igitur Christus cuiuslibet fidelium: Scitis quid fecerim vobis in creatione, in redemptione, in singulorū vocatione? &c. Haec est summa illa scientia, quae sola nō instrat, sed Deo nos commendat.

Est etiam summē necessaria, quia aliae scientiae sine periculo nesciuntur, haec autem non. Qui enim ignorat, ignorabitur. Vt ad verba Christi reuertamur.

^{1. Cor. 14.} Antequam igitur exprimat, quid sibi velit loquē pedum, praemittit suam dignitatem & gloriam, vt fortius moneatur ad imitationem eius, nimirum ex altera parte videntes eius dignitatem, ex altera autem propriam confusionem, si eum nō imitentur. Sic enim insignium personarum opera plus excitant ad imitationem. Imō etiam roborem suffundunt humilioribus, si ea nō imitentur.

Vos, inquit, vocatis me magistrum & Dominum, Poterat quidem Christus maiora de sua dignitate dicere, cōtentus tamen fuit his titulis, quibus cum Apostoli appellabant. Nec etiā opus fuit maiora commemorare. Nam si discipulo decus est imitari magistrum, qui homo tantūm est quanto turpius erit Christiano, si superbiat cum videat Deum humilium?

Signanter autem dicit, vos vocatis me magistrum & Dominū.

¹ Nam & Pharisei, sepius cum ^{Luc. 10.} ^{Mat. 22.} vocauerūt magistrum, verūm ore tantūm, non corde, Item tantūm magistrum cum appellabant aliqui, non Dominum: nec enim animus eorum erat ipsi obedire.

² Aliqui tamen etiam Dominū eum vocauerunt, sed audierunt: Quousque dicitis mihi Domine, & non facitis quae dico?

Non parua igitur laus Apostolorum est, quōd ipsi dicitur: Vos vocatis me magistrū & Dominum, quandoquidem Paulus ait: Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Apostoli autem Christum magistrum appellabant, quia discere cu piebant: Dominum autem, quia obedire parati erant. Ideo audiunt:

Bene dicitis. Sic Deum hi soli recte nominant patrem, qui eum amant & reuerentur. Et soli recte eum Dominum vocat, qui eum timent, iuxta illud: Si ergo pater vester, vbi est amor meus? Si ergo Dominus vester, vbi est timor meus?

Ne quis autem putet Christū hos duos titulos, magistri, scilicet, & Domini, tantum ab hominibus, & non ex natura habere, subdit: Et bene dicitis: Sum etenim. Alii enim nominant quidem magistri & Domini ab hominibus, eam tamen & ipsi pleraque nesciūt, in multis deficiūt.

Christus autem verē est & magister & dominus. Hos enim titulos nō habet ex hominibus, sed ex natura.

¹ Est enim verē dominus vniuersorum, omnium habens dominium, cui et merito omnia famulantur.

² Est & verē magister, non externē tantūm docens, sed etiam internē illuminans, quia est sapientia patris.

Quam admodum enim cū ipse sit vita, omnia vitae susceptibilia viuificat: sic cum ipse sit sapientia patris, sapientiam cunctis eam suscipere volētibus immittit. Hoc nemo hominum aut angelorum potest. Ideo merito dicitur: Magister vester vnus est Christus.

Vide autem quam pulchre argumentetur. Si ego, inquit, laui pedes vestros Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Sensus est: Si ego Dominus sum, cōsequē vos esse seruos. Vnde vterius sequetur, quod nō ego vobis, sed vos mihi pedes lauare debetis. Hunc modum ego non sine causa inuerti. Humilitatem & charitatem per hęc docere volui. Ea enim cum verbis satis inculcari non possint, nec tam efficitur, volui ipso exemplo meo persuadere. Si igitur ego non dedignatus sum in tam vili officio vobis ministrare, nec vos dedignemini idem etiam aliis exhibere.

Magna siquidem inter me & vos est differentia. Nā ego Deus sum, vos homines estis. Parua autem inter vos & alios homines differentia est. Imō titulopere tantum differis. Nomen enim alius Domini, alius serui habet, cum in natura sint æquales & æquē miseri. Ideo ego tanto maior, hoc vobis exemplum exhibui ne vos inter pares pigeat imitari, quod ego magister & Dominus, discipulis & seruis feci: pudeatque fratrem in fratrem, & conseruum in cōseruum, tyrannicum sumere sup̄erilium, quum ipse, qui mihi merito huius dignitatis fastidium possem vendicare, memet vique ad lauandos pedes vestros deicerim.

Vide autem quam modestē Christus hęc dicat: Potuisset, sicut in antecedenti suas conditiones adduxerat, nempe Ego Dominus & magister: sic & in consequenti ipsorum conditiones ponere, vos homines, seruos & peccatores. Verum contentus est dicere: Et vos quoque &c. Nos per

hoc docens, vt sic magna/ vbi res exigit/ de nobis loquamur, ne alius quicumq; derogemus, neque in superbiam contra alios erigamur, etiam si maiores ipsi sumus.

Habes igitur quid Christus ab Apostolis exgat. Imō ab omnibus, qui eum magistrum & Dominum conseruunt, nempe vt alter alteri, pedes lauet. Nec quicumque hanc excipitur, cuiuscunq; status aut conditionis sit. Non tamen hoc de sola corporalium pe dum ablutione intelligi oportet, quasi ea omnibus modis sit necessaria. Huiusmodi enim pedes etiam lauari possunt, qui nullate nus Christus imitantur, sed superbitimē aliis dominantur.

Pedes igitur lauare, si ad Ap^o stolos referamus, nihil aliud est, quam officium suum ita exercere, vt sciant & re ipsi ostendant, se non aliorum dominos, sed seruos & ministros esse: officiumque suū non fastu aut sup̄erilio, sed beneficij, sollicitudine & labore ostendat, authoritatēque suam non violentia, sed modestia & beneficij tuentur. Sic docet Christus: Qui maior est vestrum, sit vester minister.

Si autē verbum Christi ad omnes Christianos in cōmuni referamus, tūc pedes lauare nihil aliud est, quam alius se postponere, aliis ministrare, vt Paulus ait, aliorum onera portare & alius potius quam sibi ipsi placere. Damnat igitur hoc verbum omnem ambitionem nostram, quæ tamen mi rabilitet magna in nobis est.

Congruē autem Christus, antequam charitatem & pacem doceat, prius ex suorum animi ambitionem & glorie sitim extirpare molitur. Vbi enim ambitio est, ibi ne inter fratres quidē cōuenit. Inter

Pro 13. Inter superbos enim semper sunt iurgia. Imō nihil aliud adeo Christianā vnitate scidit, vt ambitio, quod nullus alteri cedere vult.

Signanter autem Christus dicit: Et vos debetis &c. vt sciamus esse præceptum, non consilium, quod prætermitti possit: ac magnam nobis imminere penam, nisi paruierimus. Vnde & Christus subdit.

Exemplum enim dedi vobis &c. Verē insigne exemplum, omni diligentia attendendum. Christus nedum hominum, sed omnium angelorum Dominus, Cui pater omnia contraxit,

Mat. 28. Math. 11. qui omnem potestatem habet in celo & in terra, qui denique cum Deo patre vnium essetia tamen se humiliāuit etiam vsq; ad pedes hominū piscatorū. Quis simile vnquam audiuit de regibus & principibus huius mundi? Tanti nos æstimat filius Dei. Et nos igitur similita faciamus. Humilem nos erga inuicem. Diligamus alterutrum. Si hoc exemplū Christi nos nō mouet, nullum mouebit. Obstinatos & induratos, imō & exaceratos & desperatos esse oportet, quorūque sunt qui ad hoc exemplū Christi nō mollescent.

Confundatur hic fastus tuus, superbe homo, qui præ superbia nescis, quomodo stare aut incedere, quomodo item te vestire & ostentare debeas. An non vides hic Christum præinstitū, cum pelui & aqua circuire & ministrare? Et quis tu es ad illū? Erubescit miser homo, Exemplū, inquit, dedi vobis: Vobis inquam, nempe Christianis. Nobis hæc scriptura & facta sunt, non Turcis.

Vnde igitur tanta superbia, tantus fastus, tanta pompa nedi

inter Laicos Christianos, sed etiam inter Episcopos Apostolorum successores? Hocine est Christum imitari? Quod Christus omnibus modis præuenire voluit, nempe ambitionem, superbiam, pompam, maximē in Ecclesiæ prelati, hoc nunc in summum excreuit, cum maximo demerito & scandalo totius Ecclesiæ &c. Attendamus igitur verbum quod hic dicit Christus, Exemplum dedi vobis &c.

Videmus igitur in hoc verbo, quod Christus duobus modis adspiciendus est.

Primō, vt minister noster, & donū quo à Deo donati sumus. Nam & filium nedum pro nobis, sed etiam nobis dedit.

Deinde etiā adspiciendus est, vt exemplum. Hinc Petrus: Christi, per. 1. flus passus est, vobis relinquens exemplum. Et Christus ipse: Di. Math. 11. scite à me, quia mitis sum.

Sic etiā omnia Christi opera & passionēs, Primō sunt ministeria quibus nobis ministrat, imō sunt dona quæ nobis dedit. Nā quicquid egit & passus est, pro nobis egit & passus est; nobis ministrat, imō omnia sua opera & merita nobis dedit & dar per fidem.

Deinde autē ea ipsa quæ fecit & passus est, etiam sunt exēpla, quibus conformari debemus, sicut hic expressē audis. Monoculi igitur sunt, qui Christum vel tantum vt donū, vel tantum vt exemplum attendunt, cum vtroque: mo do adicipi velit &c.

Cæterum quod addit, quædam modum ego feci, ita & vos faciat. Intelligendū est secundū possibilitatem nostram. Nemo enim est qui omnibus modis facere

posuit, quem ad modum Christus fecit. Nec hoc Christus à nobis exigit. Sic enim & magistri pueris pulcherrimas literas pingit, vt quisq; eorum quantum potest, manum magistri imitetur.

Non autē exigit, vt omni modo similes pingat, Hoc enim scit pueris impossibile esse.

Potest tamen hoc verbum, quem ad modum ego feci, specie liter ad ea referri, quæ Christus circa lotionem pedum fecisse audiimus. In his enim si diligenter attendantur, pulchrè expressum est officium Apostolorum.

1 Primò igitur exemplo Christi surgere debent à cœna Mosis, ad cœnam Christi, à scientia ad opus, à cibo ad laborem, à litera ad spiritum.

2 Secundò, Ponant vestimenta sua, abiciant quicquid impedit ad virtutē, quicquid strenuè, non otiosè, laborent.

3 Tertiò, præcingant se lineo albo, id est munditia vitæ, iuxta Luc. 12. illud: Sint sibi vestri præcincti.

4 Quartò, præcingant se, ne cū alios mundant, ipsi se maculent.

5 Quintò, mittant aquam ex hydria in peluim, eruant & effundant aquam sapientie salutaris & cortice scripturæ.

6 Sextò, lauent instantē, maxime autem pedes, corrigant in primis cor & affectus.

7 Septimò, extergant lineo, id est, edificent eos propria sanitate & mandata: & quod verbum nō possunt, operibus & vita explicari persiciant.

8 Omnibus his perfectis, ad 1. Cor. 13. ita quietè redeant, ac suæ etiam salutis consulant, ne cū aliis prædicauerint, ipsi reprobi efficiantur.

Eodē modo etiā alii Christia-

ni agant circa se & sibi cōmissos.

Vt autem Christus hoc exemplum suum fortius persuadere vitur etiam alio argumento.

Non est, inquit, seruus maior Domino suo &c. Quid. Non est quod hoc exemplū meū erubescatis imitari. Quid enim aliud estis, quam Apostoli & serui mei, quorū ego Dominus & magister sum? Supra me nō estis: Imò etiā si in posterum vel vos, vel successores vestri, ad quascunq; dignitates peruenieritis, non tamē maiores eritis, aut plura sciatis poteritisq; quam ego. Ideo nō est quod vos serui erubescatis de humilitate & charitate exhibenda, de quibus ego Dominus vester non erubui. Hoc igitur verbo Christus omne superbiam & ambitionē Ecclesiasticorū reprimat.

Da enim suæ Papas, suæ Episcopi, suæ Cardinales, suæ Doctores &c. quid aliud sunt, quam serui? Si autē serui sunt, quædam dum oēs libenter alterū, id agere deberent, ne supra seū Dominum ascēderent. Quomodo hoc fiat, ipsi cōsiderent &c. Nō enim est hic locus hanc camarinā mouere. Sua ipsis cōsciētia declarabit, in quibus Christo dissimiles sint: Imò in quibus supra Christum esse conentur &c. Cæterum Christus hanc sententiam, Nō est seruus maior &c. crebro inculcat. Hoc tamen loco cum magno pondere verborū repetit. Amen, inquit, dico vobis &c.

Ipsa quidem res omnibus nota est, seruum scilicet nō esse maiorem Domino suo.

Insuper & omnis sermo Christi, etiam sine iuramento prolatus, æquo ac terra stabilior est, sicut ipse testatur: Cælum & terram transibunt, Verba autē mea nō

transi-

transibunt. tamen hic etiam iura mentum addidit: Primò, vt fortius imprimeret: Deinde, vt ostenderet scitu quidē facile, ac difficile creditu, difficilium autem obseruari esse: seruum non maiore esse debere Domino suo.

In externis quidem nō est, qui se Domino suo præferre audeat, aut melius habere contēdat, quam Dominus suus habet.

At in spiritualibus rebus longè aliud videmus. Nemo non melior fortuna vti vult & cupit, quam Christus vti est. Christus cū in forma Dei esset, seipsum humiliauit: nos miserè, humilitatem refugimus. Christus etiam ministrat seruis, nos dē dignamur cuiquam seruire aut ministrare.

Christus etiam inimicis benefecit, nos nec fratribus: Christus obediuit, laborauit, &c. nos otium querimus: Christus quantum sit splendor gloriæ patris, patienter tamen sustinuit opprobria hominum: nos longè alterū affectū sumus. Christus Iudex omnium, se iudicari permisit: nos dē dignamur a quoquam iudicari aut argui. Christus per crucem & mortem ad gloriam suam intrauit: nos conamur per luxum & lasciuiam illum penetrare. Quid igitur aliud facimus, quam quod Domino nō præferimus, ac meliora cupimus quam ipse habuit? Non igitur sine causa toties & tantopere verbum hoc nobis inculcat.

1 Vult igitur vt agnoscamus nos esse seruos.

2 Deinde, vt consideremus quid ipse fecerit & passus sit. Hæc qui diligenter attendit, promptissimus fiet ad omne bonum, & patientissimus ad omne malum. Vnde & Christus subdit.

Si hæc scitis, beati estis cū me feceritis ea. Vide quam valde vrgeat opus, quasi sine eo nihil valeat quodcunq; scire. Ne enim discipuli dicerent, iam dudū scimus nos humiliter debere, quid igitur de nouo hoc doces, quasi non prius sciamus?

Redē, inquit Christus, si scitis hæc tanto melius est, verum ad hoc facere, requiritur etiam opus. Neminem beatum dico propter scire, sed propter operari. Si scitis beati esse cupitis, facite q̄ scitis. Opus ipsum vidistis in me, ita dem & ego in vobis videre cupio.

Ex hoc verbo Christi vides, non sine causa nos in ecclesia iuxta fidem, etiam docere & predicare bona opera contra oculos operum. Quid enim aliud facere possumus, quam quod Christus ipse fecit? Nemo Christianus nos damnare poterit cū verbis Christi manentes. Et tu igitur quisquis es, permanc cum certo verbo Dei, nec quicquid te ab eo dimouere patiaris. Lege. Matt. 5. Luc. 6. Iacob. 1. &c. & videbis manifestissimè, Christū & Apostolum bona opera docentes. Quid igitur nobis de vana gloriatione p̄sēduangelicorum, quod in Euangelio multa didicerint, & omnes scripturas nouerint, nec minimum opere compleant?

Sæto igitur Christianorum perfectionem non in scire, sed in operari consistere. Non auditor, inquit, obliuiscor, sed factō operis, beatus in factō suo erit: Et iterum: Scitis bonum, & non facientis peccatū est illi. Et Christus: Qui audit verba mea, & faciat ea, com parabitur viro sapienti &c. Et Dauid. Iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentū eius, & memores sunt mandatorū

c 4 illius

illius ad faciendum ea.

Ceterum sicut Christus supra Iudam exceperat & segregauerat à mundis. Estis, inquit, mundi, sed non omnes: sic hoc loco ipsum eximit & separat à beatis.

Non inquit, de omnibus vobis loquor q.d. Dixi beatos futuros vos, si me imitati fueritis. Verum non omnes in hac beatitudine locum habebitis. Est vnus inter vos, qui expe est huius sermonis. Is enim adeo non ministrabit conferuis, vt etiam in me Dominum suum crudelis futurus sit: non erit minister, sed fur: non imitator, sed infidelior non apostolus, sed diabolus. verè miserimus Iudas: qui nec hic inter mundos, nec illic inter beatos locum habet.

1 Hoc itaque verbo iterum eum pungit Christus, si fore corrigatur.

2 In generali autem loquitur, nec exprimit quis ille sit, vt omnes terreatur. Nam & ipsi eo tempore contendebant, de prima tu, vt infra dicitur.

Sed quid sibi vult quod Christus addit, ego scio quos elegerim? Respondeo:

Ideo hoc addidit, ne quis putaret errore factum, quod Iudas talem hominem in numerum apostolorum receperat.

Dupliciter autem eligit deus: primo, ad præsentem gratiam: secundo, ad finalem gratiam. Primo modo etiam Iudas electus fuit ad Apostolum scilicet, sed non secundo modo. Non enim electus fuit ad beatitudinem.

Si queris causam, cur non & ad beatitudinem ipsum elegerit? Respondeo cum Paulo: O homo, quis tu es qui respondeas Deo? Satis nobis sit scire qd deus

Rom. 9.

iustus est, & omnia sapienter disponit.

Sed dicit quis, cur Christus igitur impium hunc quem talem esse sciuit, tam diu passus est inter discipulos morari? Responderet Christus: vt impleatur scriptura: Qui edit mecum panem meum, sustulit aduersum me calcaueum suum. Qd. Ideo sustinere in multa patientia hoc vae iræ apertum ad interitum, vt quod ab initio de me fuit dispositum, nunc fiat nullo interueniente nouo consilio, sed ordine certo & antiquitus præfinito. Hoc tamen non sic intelligendum est, quasi Iudas coactus sit Christum prodere, ne scriptura falsa inueniretur: alioqui non vituperandus, sed laudandus esset, in ipsum peccatum in Deum recideret. Sed quia ipse sua sponte hoc facturus erat, idcirco præfinitus spiritus sanctus, hoc futurum prædixit.

Locus autem hic citatus, ex psal. 40. desumptus est.

Quod autem dicit, Sustulit aduersum me calcaueum, proterbialis locutio est. Sic enim loquimur, cum aliquem insigniter contemptum esse monstrare volumus. Est igitur sensus verbi: Qui mihi amicissimus erat, qui diuturnum contubernium mecum habuit, qui mecum ambulabat, stabat, comedeat, bibebat, vigilabat, dormiebat, tanquam amicissimus, cui merito fidendum videbatur, quem denique maximis beneficiis affeceram, is mihi hanc gratiam retulit, quod maximum mihi factus est aduersarius. Nec hoc contentus, omnibus modis me supplantare conatur.

Gen. 9.

Congruè autem hoc verbum in Iudam competit, verè enim Christum

Christum

Christum supplantare conatus est, adeo vt etiam omnia memoria eius periret.

Christus tamen hoc peccatum Iudæ mitius exprimit, quàm Psalmista. Illic enim non simpliciter dicitur, Leuabit calcaneum: sed, Magnificauit aduerum me supplantationem: hoc est, magnificè supplantauit.

Verè enim magnificè supplantauit facti, vbi enptorem, in re demptorem omnium, hic vnus peruerse supergressus, vendere præsumpsit.

Nimis certè altè leuauit calcaneum suum, non vt Christum emeret, sed vt eum venderet.

Voluit autem Christus non solum occidi, sed etiam prius videri: quia videlicet homo, pro cuius salute venerat moriturus, non solum propter transgressionem mortuus, sed in ipsa transgressionem fuerat etiam vendundus. Non enim nulla spe periuasi sunt primi homines, vt mandatum transgredere: sed aperire, inquit oculi vestri, & eritis sicuti dii.

Gen. 3.

Sic igitur, quamuis mendaciter, in transgressionis precium, diuinitatis spes proposita est. Vnde & propheta clamat: Gratis vendundati estis, & sine argento redi memini. Igitur hic ordo salutis nostræ necessarius erat, vt pro mortuis & venundatis, saluator moreretur & venderetur.

Ceterum quod Iudas impiè egit in Christum, hoc hæretici & seârarii etiamnunc agunt in ecclesiam matrem. Ipsius enim vberibus enutriti, panibusque eius saginati, nunc eam pedibus conculcant, vt merito ipsa dicere possit:

Isa. 1.

Filios enutriti & exaltrati, ipsi autè spreuerunt me. Non tamen mirandū est, ecclesiam hoc pati

à pseudo filiis, quod Christus passus est à pseudo discipulo.

Non parum tamen etiam nos i verbum illud è Psalmo adductum terret: Primo, quia ostendit gratuitam peccatorum nostrorum, quæ nos leuia putamus. Quis enim non abominetur cum, qui Christum pedibus conculcatur? quis sibi non timere, qui tantū contemptum & ignominiam ingessisset filio dei? At qui Psalmista ait, quod peccare in Christū, est ipsum pedibus conculcare. Sic & Paulus asserit, quosdam esse qui filium dei pedibus conculcant, quibus & ob id magnum iudicium Dei imminere affirmat. Secundo, etiam hac ratione nos terret hoc verbū psalmiti, quod nos iam sum' qui Christi panē māducam' in verbo & in sacramento, & in his que Christi oblati sumus, vt sunt bona ecclesie. Videamus, ne & nos pedibus Christi vescentes, ipsum pedibus conculemus: Maxime cum iam inde ab exordio maximos semper dei hostes fuisse comperiti est eos, qui maxime videbantur eius amici. Sic Satan creatorum optimus, factus est maximus Dei aduersarius. Sic Israelitæ populus Dei electus erant. Plus tamen idololatricæ commiserunt, quæ genties. vnde de ipsis dicitur: Saturati eos, & mechati fuerunt: Et iterum: Increpatus est dilectus, & recalcitrauit. Dereliquit Deum factorem suum &c.

Sic pharisei & sacerdotes, qui suo etiam officio Christum adūbrabant, ipsum vlti ad crucem adegerunt. Sic Iudas ex Apostolis non postremus, leuauit calcaneum suum contra Christum. Sic & nunc à Christianis maxime conculcatur, & ab his qui de

Hebr. 10.

Ter. 5.

Deut. 32.

panibus eius positissimum viuunt.
 Psal. 70. hinc in Psalmo: Super omnes inquit, inimicos meo factus sum op probrium vicinis meis valde.

Christum autem conculcant, quotquot nomine Christi & Euangelii contra Euangelium pugnant, & honesta specie scripturarum, scripturas deprauant: ac ad suos affectus detorqueat maxime autem qui Christum blasphemant &c.

Docemur igitur hoc verbo, ne iniuriatibus irascamur, quin potius beneficiamus, quemadmodum Christus hic proditoris mentionem faciens, nequid non itaciter aut male dicit ipsi, sed insuper ei beneficit, eumque reuocat.

1. Ideo autem Christus hæc prædixit, ne discipuli terrentur, 2. cum viderent hæc fieri. Deinde, A modo, inquit, dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis: id est, vt ex impletione

10an. 16. illius verbi, sciat, me etiam in omnibus aliis verbis meis esse veracem. Sic postea etiam discipulis aliis prædixit, quid ipsi euenturum esset. Nec parum ipsos postea in fide confortauit, quod Christus omnia quæ patiebantur prædixerat.

3. Item ideo hæc prædixit vobis, vt credatis, quod scilicet ego sum qui occulta cordis video. Vel vt credatis, quod ego sum & permaneo, etiam si ad tempus mori videar. Item vt credatis, quod ego sum egenus ille & pauper, sicut

Psal. 40. per quem qui intelligit, beatus erit, sicut in eodem psalmo dicitur. Item quod ego ipse sum, qui ibidem dico, Nunquid qui dormit, non adiciet vt resurgat? Itemque, Tu autem Domine miserere mei, resuscita me, & retribuum eis.

In fine addit Christus: Amen dico vobis, Qui accipit, si quem misero, me accipit &c. quo verbo, primum proditorem ad officium reuocat, allicite eum, ne hoc à se reiciat. Deinde etiam reuertet eum, ostendens quod non tantum in se, sed etiam in Deum patrem peccet.

Vel aliter: supra consolatur est discipulis, fore vt patietur ferant adueria, si cogitet quid ipse passus sit, & quod ferus nō sit aut esse debeat maior Domino suo. Nunc aliter ipsos consolatur, &c. Nempe quod non tantum pericutores, sed etiam amicos in mundo inuenturi sint, qui ipsi humanitatem ostensuri sint, q.d. Hæc erit beatitudo vestra in hoc mundo. Ecce mitto ante vos vocem præconiam, toti mundo audiendam, vt qui me suscipiunt, etiam vere me suscipisse confidant, si vos susceperint, tanquam me ipsum.

Et ne parum putetis in me suscipiendo esse præmii, pro eo quod sum modo mundo despectus: ecce etiam hoc dico, Qui me suscipit suscipit & patrem. Hoc audientes filii Dei, qui in mundo dispersi sunt, summo honore & beneficiis suos consequentur.

Sic igitur etiam Apostolis, antequam eos emitteret, prouidit de cibo & hospitio, ac magnis promissis homines incitauit ad eorum susceptionem, quemadmodum & in prima creatione etiam antequam hominem crearet, omniam eidem necessariarum preparauit, locum scilicet & victum & lucem &c.

Pulchra autem & consolatoria gradatio est à discipulis ad Christum, à Christo autem ad patrem, quod nemo alius ascendere potest. Loquitur autem Christus hic

hic secundum humanitatem suam, ne quis Ariarius hinc colligere velit, Christum minorem esse patre secundum diuinitatem.

Cæterum eandem gradationem in suscipiendis Apostolis habes etiam Matt. 10. & Luca 9. Multo autem excellentius hoc est, quam quod de Abraham & Loth dicitur, qui pro hominibus angelos susceperat, Gen. 18. & 19. Heb. 13.

Hæc autem susceptio Apostolorum, nō tantum beneficio hospitalitatis & humanitatis complectitur, sed maxime in susceptione Ioh. 11. Euangelicæ prædicationis. In quē modum etiam illud intelligitur, quod alibi dicitur: In propria venit, & sui cum non receperunt.

His itaque verbis Christus Apostolos consolatur est, vt certi essent autoritate ipsorum, magnam apud homines futuram, quantumuis Iudas malus esset.

Interim etiam subindicauit, quibus gradibus ad Deum conscendatur. Ad patrem siquidem non peruenitur, nisi per Christum. Ipse enim est via. Ad

Ioh. 14. Christum autem non peruenitur, nisi suscipiamus Apostolos, hoc est, verbum eorum. Ab auditu igitur verbi incipiendum est. Qui hoc suscipit, Christum suscipit, Qui Christum habet, patrem habet. Qui patrem habet, omnia bona habet. Potest autem locus hic etiam intelligi de pauperibus, quos tunc à Deo nobis missos credamus, cum obuii nobis sunt, cum eos clamantes audimus, cum eorum necessitatem videmus. Qui tales suscipit, Christum & Deum suscipit, audietque in iudicio: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

11. Vides igitur quanta promissa sint, Apostolos alioque pauperes suscipientibus. Huc pertinet quod in Mattheo dicitur: Qui potum dederit vni ex minimis istis &c. non perdet mercedem suam. Excitat igitur Christus nos hoc verbo, vt diligenter audiamus Apostolorum verba, & vt subueniamus pauperibus.

Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & accubentibus edentibusque illis, testatus est, dicens: Amen amen dico vobis, quod vnus vestrum me proditurus est, qui edit mecum. Mæsti ergo vehementer redditi, adspiciebant se inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Et cœperunt querere inter se quisnam esset ex ipsis, qui hoc facturus esset ac singulatum ei dicunt: Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens, ait: Vnus ex duodecim qui intrinseque mecum manum in carinum, me proditurus est. Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis trahetur. Bonum erat ei, si narus nō fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum

eum,dixit: Nūquid ego sum Rabbi? At illi: Tu dixisti.

Subinde propius accedit passio Christi. Prius ipsius Iudae pessima causa proponitur. Nec quisquam miretur, propter impium illū negantē tot verba facta esse. Digna enim erat ipsius nequitia, quae multis verbis ostēderetur, ad commotionem & cautelam omnium aliorum.

De peccato igitur proditoris loquitur, primō turbatur spiritu, hoc est, internē, quem admodum & alibi dicit: Nunc anima mea turbata est.

Dicitō enim illa (spiritus) hic accipitur, sicut cū dicitur, infremuit spiritu: quod & ipsum non de spiritu sancto, sed de interno homine intelligitur.

Certum est enim, quōd Christus naturalis illas affectiones in se recepit & ostendit, sed tamen sine vitio. Atq; hinc etiam declaratur vera Christi humanitas, cōtra Valentinianos, quem admodum & alibi, cū dicitur eū vel fleuisse, vel fatigatum fuisse.

Luc. 19. Sicut igitur Christus in susci-
Ioan. 14. ratione Lazari seipsum turbaue-
rat, & infremuerat aduersus potentiam & tyrannidem peccati & mortis, qua omnes homines presserant: sic hic turbatur propter execrationem & oblationem Iudae, qui iam toties admonitus, imō tantis beneficis affectus, etiamnum perseverabat in mala sua voluntate.

Turbatio igitur hae nihil aliud erat, nisi odium peccati in Iuda: id quod facile deprehendet, qui perpendit Christi desiderii & studii seruandi Iudae: imō totius populi Iudaici, cuius

ille figuram & typum gerebat.

Iure igitur molestē ferebat Iudae scelus, vt qui vna cū aliis discipulis multis affectus honoribus, paruo argenti pondere illeceus, amorē Christi repulit, non gloriā illius, non societatis leges, nō pietatē Deo illi debitam, non denique quicquam miraculorum eius recordatus, sed detestabilem solummodo, paruinq; Iudaeorum peniculationam respiciens, quae & suam animam vēdidit, & innocentē iustissimūq; sanguinem manibus tradidit imiorū.

Turbatur etiam Christus propter magnitudinem scandali, quōd ex discipulis suis non minimus desecit. Vnde praeferebat futurum, vt imbecilles ab alienarentur ab eo, malē sensuri de ipso: siquidem hi ab eo discesissent, quibus familiarissimē cognitus fuerat. Haec omnia quomodo perculerint animum Christi, nemo oratione consequi potest.

Docemur igitur Christus hic, vnde turbari debeat Iudaeus: Nēpe non est miseria sua externa, sed est misericordia erga proximum, quem videt peccatē obstiturum esse.

Ceterū turbatio hae Christi, satis ostendit, quōd Deus odjat peccatum, & maximē ingratitude & impoenitentia, quorum vtunque insiguitur fuit in Iuda.

Deinde insignem etiam pietatem in animo Christi indicat hae turbatio, quōd scilicet inuitum hominem perdit atque puniit, quem admodum ostendit se & in Itaiā inuitum punire: Heu, Isa. inquit, consolabor super hostibus meis. Hoc autem non paruum cōsolationem nobis praebet, cū

cū audimus Deū inuitum punire, & non nisi oblitare peccantes. Mallet enim beneficiare.

Docuit denique Christus hae sua turbatione, quomodo affectus illos inuidia / cum scilicet videmus ad uerbiarios nostros extrema molentes sine omni causa / vincere debeamus, nempe non execrationibus aut maledictis, sed benedictis, quem admodum Christus hic fecit, & Paulus docet, Rom. 12. Vince in bono malum.

Quid igitur Christus facit? Num execrat & maledicti Iudam? Nequaquam opus est, impios maledicti sunt, & perditio eorum festinat. Sed quid facit? Nūc prodit & tradit? Non. Quid igitur? Piē cum monet, ostendens sibi notam esse ipsius malam voluntatem.

Amen adeo, dico vobis, quōd vnus ex vobis me proditurus est.

O insignem Christi bonitatem. Hic enim videmus, quā congruē seipsum comparauerit gallinae. Quoties, inquit, volui congregare filios tuos sicut gallinam, & noluiisti? Hoc enim reuera hic ostendit, congregauerat alios discipulos sub alas suas. Nunc etiam erratē & perditioni conuertit reuocare contendit.

Et quāuis hactenus frustra eum admonuerit, tamē nondum cessat, docens nos ne facile de proximi emendatione desperemus, deinde, quōd malus non statim eiciendus est, imō nihil prius experiendū. Sic Paulus docet: Si prooccupatus fuerit aliquis in peccato &c. vos inuite eum in spiritu lenitatis &c. Et

Mat. 18. Christus: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe inter te & ipsum solum.

Sicut autē Christus hic, quam vnus sciret Iudam non corrigendum, non tamen cessat eum punire, ac peccatū ei ob oculos ponere: sic aduersus Iudae iudicio fit, vt ii qui corrigi noluit, cogantur tamen sentire vermem conscientiae, vt verum appareat illud propheticum: Non est pax impiis.

Bis autem dicit, Amen amen: Itā 42. tum vt ipso exiret, tum etiam vt ostenderet certitudinem verbi sui.

Obseruandum autem, quōd Christus quamuis peccatum Iudae manifestet, non tamen prodit personam, ne vel in iram contra Christum, qui eum confundisset, exandesceret, vel impnderent negare praesumeret: Nos interim negare profitemur: quod de oculis peccatis fratrum facere debeamus, nempe quod nobis fieri volumus.

In communi autem loquitur, vt omnibus timorem incuteret. Beatus enim homo qui semper edit pauidus. Vnde Paulus: Noli altum sapere, sed time.

Per hoc inquam, quōd tam manifeste ostendit sibi nota esse peccata, quantumcunque occulta, absterre & ipso & nos voluit, nedū à malis operibus, sed etiam à malis cogitibus & voluntatibus. Vnde non immeritō dicit Boethius, magnam nobis incurbere necessitatem piē viuendi, quandoquidem cūda agamus ante oculos iudicis omnia certenitis.

Ceterū quid hoc verbum in cordibus efficerit discipulorum, patet ex eo quod dicitur.

Mōsti ergo facti &c. sese mutuō adspiciebāt. Nec mirum hoc erat.

Quilibet sciebat se innocentem,

Mat. 7.

Roma. 13.

Boethius.

tem, nec quicquam malum suspicabatur de alio.

1 Interim tamen non dubitabant, Christum vera locutum. Mirabantur igitur, quomodo diaboli tamen potens esset, ut etiam ex ipsis vnum rapere potuerit, & auerte a societate Christi.

2 Deinde suae quisque conscientiae timebat, & quamvis nihil tale sibi confisi essent, suspecta tamen erat cuicque propria carnis infirmitas. Dicere igitur poterant cum Paulo: Nihil mihi confisus sum, sed non in hoc iustificatus. Boni autem & pii cordis signum est, contemiscere ad iudicia & verba Dei. E contra autem obstinati animi indicium, nihil moueri, quemadmodum Iudas hic solus non terretur, sed in eadem impudentia manet, non veritus facris epulis interesse.

3 Et potuit interim ferre oculos Domini, cui nouerat esse non ignotum, quod fecum agitaret in animo: Præterea non nihil mouebantur, quod tam sanctum coniorum tanto scelere de honestandum esset.

Apparet autem ex hoc loco, Iudam non fuisse ausum cuiquam discipulorum indicare quid animo ageretur. Atque hoc cedit in laudem ipsorum, damnationem autem impii illius, qui Inter tot sanctos tam malus permansit.

Igitur cum discipuli non dubitarent, verba Christi vera esse nec tamen suscipi possent, quis eorum eo impietatis perenturum esse se mutuo adspiciunt, si vel rubore vultus quis seipsum proderet.

Insuper & singuli dicunt Christo: Nunquid ego sum Domine? verba enim Christi fide digniora zelantur, quam proprias con-

scientias. Vnde non dicunt, Ego non sum Domine, se scilicet excusando: sed, Nunquid ego sum Domine? interrogando, quasi dicat: prohibeat hoc Deus, ne tantum flagitium committamus in Dominum & magistrum nostrum, cum quo & bona & mala passi sumus, quem prae omnibus aliis fecuti, & propter quem omnia reliquimus.

Reuera parum mundani gaudii habuit hæc cena, in qua Dominus pariter & discipuli tam impenetrabantur.

Nihil hic risus aut scurrilitatis esse potuit, cum ipsi illi viri audirent, ex ipsis tantum facinus orturum: nec tamen sciret quis hoc facturus esset, inquit ea dubitatione ad tempus persisteret cogeren tur, sic cōpescante Domino quod supra ad consolationem ipsorum dixerat.

Accessit ad cumulum tristitiae, quod Christus etiam rogatus, ad interrogata eorum non respondet, sed ipsos suspensos relinquit: Imò ipsium verbum repperit, & quidem vehementius: Vnus, inquit, ex duodecim qui intingit mecum manum in cantinamus me proderet quasi dicat. Vnus ex duodecim, qui mihi sic est familiaris, ut in eundem discum mecum manum intingat: & huius dignationis mihi tale referet premium.

Vbi obseruandum, quod non alio signo proditorum notat, quæ quod prædixerat Dauid, cum in persona Christi diceret: Etenim homo pacis meæ in quo sperabam, qui edebat panes meos, magnificauit aduersus me supplantationem.

Ceterum admodum pie sonant verba quæ sequuntur: Filius quidem

quidem hominis vadit: sicut scriptum est de illo, quasi dicat: Quod ad me attinet, nihil præter animi sententiam accidit: sed quemadmodum iam olim per prophetas prædictum est, sic fiet. Moriendum quidem mihi est secundum consilium & prædestinationem diuinæ maiestatis ad misericorditer redimendum genus humanum.

Et expedit quidem plurimis, ut ego tradar. Sed tamen vix homini per quem tradar. Procurat enim rem alius saluti futuram, sibi autem perpetuam perniciem allaturam. Solet aliorum hominum nauitas, cum gaudio celebrari, huius autem hominis natalis dies, iuste ratio calculo designari debet. Imò melius illi esset, si nunquam natus fuisset. Melius enim est, omnino non esse quam esse & perpetuo cruciari, quod nihil aliud est, quam mortem sine morte habere.

Hic itaque verbis Christus Iudam terere voluit, ut vel comminatione æternæ damnationis, à concepto malo abstereret, quem beneficiis auocare non poterat. Interim tamen absintens ab eius nomenclatura, ut doceret admonendos esse peccatores, non tradendos. Et si boni quid in ipso fuisset, debebant huiusmodi periphrasem plus efficere, quam ipsa nomen clatura.

Verum nullus hic locus erat penitentiae. Interim tamen magnifice commendatur Christi benignitas, qui nihil omisit quod ad ipsius Iudæ conversionem & emendationem pertinere.

Ceterum verbum hoc Christi, Filius quidem hominis vadit &c. sed vix homini &c. nos docet, ne Christum in membris suis

lædamus aut persequamur. Decretum quidem est, iustos afflicti. 1. Tim. 3. Omnes enim qui pie volunt vixere, perfectionem patientur. Sed vix eis qui eos affligunt. Vide Mat. 18. dere, iniqui, ne offendatis vnum ex his pusillis.

Vide autem Iudæ obstinatam malitiam. Sicut nihil motus fuerat tam insigni exemplo charitatis, quam Christus in cæna & post cænam oblatenat. Sic nec dura & horrenda hæc comminatione quicquam moueretur. Quin potius proteruè responderet, ne aliis interrogantibus, ipse tacendo se proderet.

Nunquid ego sum Rabbi? quod de tale quicquam suspicari non potes. Absit vix talis sim, cui tanta commisit. Vide hic impietatem cordis humani, quomodo conetur etiam, si posset, Deum fallere, imò Deum mendacem facere. Vide deinde insignem hypocritismum, qui magistrum nominare audet, quem iam in mortem tradere decreuerat. Vides denique, hic malitiae ipsius adiutam & obstinationem & impudentiam, quæ sunt certissima indicia tremende iudicii, Monet Christus Iudam, sed nihil promouet prædicit iudicium, sed sardo prædicat. Quis hic non timeat? Imò quis non toto corde oret, ne vnumquam in tale iudicium, talenque obstinationem incidat.

Ceterum nec sic Christus eum aperte manifestat, sed citum ait: Tu dixisti, q. d. tu te ipsum manifestasti. Conscientiam tuam consulte, ipsæ te accusabit, etiam si ego tacero. Reuera enim tu es egregius ille Apostolus & fidelis minister, in quem tam bene collocata beneficia mea, quicque tam insigniter respondet nomini tuo & officio

1. Cor. 4.

Pál. 40.

officio. Tace impie proditor, porta iudicium tuum & facesse hinc ad eos, quorum iam dudum amicitiam contraxisti &c. Hæc Christus proditoris conscientie loquebatur. Cæterum aperte cum non manifestabat, nobis in exemplum, ne occulta aliorum peccata revelemus. Nam sicut innocenti falsum crimen imponere, peccatum est: sic occultum etiam verum reuelare, peccatum est, quia contra charitatem proximi.

Erat autem vnus ex discipulis Iesu, recumbens in sinu eius, nimirum is quem diligebat. Simon huic ergo innuit Iesus Petrus, vt sciscitaretur, quis esset de quo loquebatur. Itaque cum recubisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: ille est qui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam ingressus est in eum Saranas. Dicit igitur Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo intelligebat discumbentium, ad quid dixisset ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod di-

xisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt ad diem festum, aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem tem nox.

Discipulus ille, cuius hic mentio tam celebris (sine tamen expressione nominis) sit, fuit Ioannes, qui præ aliis hæc duo præconiata habuit, quod scilicet Christus eum dilexerit, & quod in sinu super pectus Christi recubuit. Et quamquam hæc de seipso scribat, non ita tamen hoc facit sed quasi coactus, vt scilicet Euangelium suum suamet auctoritate confirmaret. Nam & si omnes Euangelistæ testes idonei sint, adeo vt de ipsorum testimonio vel tantillum dubitare nefas sit: tamen hic præcipue fide dignus testis est, quia adeo veritatis, quam narrat, præsens interfuit, vt recumberet in sinu eius, & illi verbo præ cunctis mortalibus propè admittis, quod erant eum de corde patris & caro factum, alius personæ decreuerat per linguam & calamum eius. Sicut igitur Paulus quodammodo coactus improbitate pseudoapostolorum, se commendauit apud Corinthios. Factus suum, inquit, insipientis: vos me cogistis: Sic Ioannes hic facit propter hæreticorum peruersitatem: Vt que tamen ex humilitate suum nomen reticet.

Quod autè super pectus Domini se inclinauit, vel fuit ex nimia tristitia & timore propter verbum, quod dixerat Christus: Vel fuit ex dulcedine, quam sentierat ex præcedentibus ver-

3 bis & factis Christi: vel ex nimietate dilectionis, quæ non attendit quid agat, tantum vt dilecto adhereret. Vel denique fuit ex contumplationis excessu. Fieri enim potest, vt in excessu mentis raptus fuerit. Nec dubium quin in illo rapto diceret sublimia illa, quæ post de diuinitate verbi scripsit.

Ioan. 1.

O felicem igitur hunc discipulum, qui tam familiariter recubuit super pectus eius, quem à longe videre, ad cuius vel pedes admitti, summam alii felicitatem iudicant. Ostendit, inquit, tantum faciem tuam, & salui erimus.

Psal. 79.

Vide etiam & Christi mansuetudinem, qui discipulum hunc sibi innitètem, adque in conuiuio, vbi parum ciuile erat hoc facere: nõ tamen repulit, sed boni consuluit, & gratum habuit hunc eius affectum.

Cæterum recubitus ille quietus & dulcis super pectus Domini, præsigium fuit, quod dolum ipse ex Apostolis in pace ob formi rurus esset, non per violentam mortem vt alii. Sic enim etiam euentus ipse probauit.

Marc. 5.

Cæterum videmus hic, quam verè dixerit Christus: Beati mudo corde quoniam ipsi Deum vident. Hi enim vel maxime Deo appropriati, & clari Deu vident. Id quod in hoc Ioanne cernitur. Vidimus, inquit, gloria eius &c.

Ioan. 1.

Ex hac igitur Ioannis reclamatione super pectus Domini. Petrus occasione sumit diligētius peruestigandi, quisnam ille proditor sit. Sicut enim aliis vbiq; feruentior inuenitur, sic nunc pluram alii angustiarum, sollicitatur, sciscitatur. Deo autem proditorem cupit nosse, vt impediatur, ne tanto scelere infametur totum col-

legium. Nam frequenter & Apostolis & aliis martyribus obiectum fuit impium hoc scelus Iudæ.

Non tamen per seipsum interrogat Petrus. Hæc enim non semel parum bene ei cesserat audacia, quam illi suggerere solebat ante in magistrum. Audierat amor: Vade post me Sarana. Audierat iam in cæca: Si non lauterote, non habebis partem meum. per alii igitur interrogat. Nec Christus occultè interroganti Ioanni respondere detreçat, ne videretur priora verba ex incerta suspitione potius dixisse, quam ex certa præcognitione. Manifesto igitur signo personam Iudæ proditoris denotat.

Cui, inquit, intinctum panem porrexero, ipse est. Non proditor est digito vel nomine, ne quid turbe oriretur in conuiuio, & alii discipuli in eum irruerent. Sed buccella panis eum denotat: tum vt prophetiam, quam supra epistolam adduxerat, verisimam esse ostenderet: Qui edebat panes meos &c, tum vt illud prior face ret, quod postea per Paulum docuit: Si esurierit, inquit, inimicus tuus, eiba eum: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Adeo patienter Christus, tanquam puer innocuus, hostem suum cibabat: sed vel ut antiquus dierum, carbones ignis super caput eius congereret. Quam enim Iudas ille non fuit atactus carbonibus penitentia, (cuius vitionem inimicis nostris debemus optare, etiam si ex beneficiis nostris peiores efficiantur) artemam combustus fuit ardore iracundia, vt infra patet.

Cæterum quod discipuli ex eodem catino comedunt, quo

Mar. 16.
Ioan. 1.

Psal. 44.

Rom. 12.

f. Chri

Mythice.

Christus: mystice significatur, quòd fideles communicant passionibus Christi. Iudas autem, qui & ipse accipit ex eodem catino, sed malo animo: hæreticos significat & hypocritas, qui & ipsi aliquando patiuntur, sed non propter Christum. Itemque significat omnes impios, quibus Christus de catino suo dat, id est, crucem eis imponit, sed ad perniciem ipsorum.

Iudas igitur eadem impudentia etiam hunc panem accipit, quæ supra sacramentum corporis Christi acceperat, & infra osculum Christo dedit. Magno autem suo malo accepit hunc panem. Statim enim post buccellam introiit in eum Satanas. Verè horrendum verbum, sed multo magis horrenda res ipsa, hominem eo miseræ & infelicitatis venire, vt diabolus eum possideat vt proprium. Non tamen mirum est, diabolus illum introire posse, vbi Christus omnino expellitur. Habuit Iudas etiam prius Satanam. Ex ipsius enim infingit defraudauerat oculos Domini, marmurauerat contra mulierem vtricem Iesù, in super etiam cum hostibus Christi conuenerat de tradendo Christo. Veram nondum reuelatus erat Satan in ipso. Nemo ipsum videbat, nisi Christus. Nunc autem reuelatur ac manifestè se prodit, cum Iudas exit & se impie cohortis primipulum. Quemadmodum & in nobis semper sunt peccata, ira scilicet, inuidia, luxuria &c. sed interim latent, donec occasione data erumpant.

Introiit igitur Satanas in Iudam: quia quem hætenus tantum externè incitauit ad peccatum, nunc plenè possidebat. Item quæ

prius impium fecerat, nunc facie insanabilem, adeo vt qui prius flos spe lucis Christum venderat, nunc accedente liuore, mixto cupiditate odio, totam crudelitatem anhelans, matius spiraret odium contra eum, qui se denotauerat.

Hoc igitur sibi vult vnicum hoc, nempe Iudam omnino obfirmasse animum ad peccatum, vt similis diabolo effectus, redire nollet, imò etiam ex beneficiis Christi peior efficeretur. Atque hæc est maledictio, quam spiritust sanctus iam dudum illi per os Davidis imprecatus fuerat. Constitit, inquit, super eum peccator, & diabolus stetit a dextris eius.

Non tamen sic intelligendum est, quòd buccella illa malum ali quid fuerit, & causa obstinationis eius. Non buccella hoc egit, vt in diaboli potestatem veniret, sed ipsius ingratitude & impenitentia: quia enim in malis suis consiliis perseuerabat, nulla penitentia tactus, nulla Christi admonitione commotus, nullo saltem rubore affectus: cum videret Christum omnia scire: imò verò magis ac magis sceleris patranda desiderio ardens, omnem Christi benedictionem reiecerat: non mirum quòd maledictionem, quæ diligebat, incurrit, ita quòd diabolus animam eius omni auxilio Dei destitutam intrauit. Quamuis enim ipse diabolus nunquam cesset tentare homines, tamen illic vel maximè impellit, quo nos propria sponte inclinatos conficit.

Caneamus igitur omni studio, & indefessè vigilemus, ne pri mum ei accessum præbeamus, nec ei ianuam cordis aperiamus: alioqui semel ingressus, faciliè ad

vite

Ecclesia Res 10

vltiora penetrat, donec hominem totaliter perdat. Exemplo nobis sit miserimus iste Iudas, quem diabolus à Christo reici dicit, & à societate sanctorum præsum, ita inuasit, animamque eius occupauit sensusque, vt deinceps nihil aliud posset, quam quòd diabolus præcipiebat. Hinc non immerito Sapiens monet: Si, inquit, ascenderit super te spiritus potestatem habentis, locum tuum ne deseras. Non quidè prohibere eum possumus, ne omnino non tentet, sed hoc agamus ne ei cedamus.

Ceterum quia Iudas prope modum manifestus erat, & non sine periculo fuisset, si diuinus ibi permanisset, itaque quia satis admonitus erat nec quicquid mouebatur, Christus eum admonet. Quod facis, inquit, fac citius, quòd ita quidè sonat, quasi Christus eum incitare & inflammare velit, qui prius inflamatus erat, & eius incendium, resurgendum erat, reuera tamen magis manans, quàm hortans est. Nec solum ipsi Iudæ hoc dicit, sed omnium maxime diabolo, qui iam in illum intrauerat quasi dicit, Tuum opus o diabole, quòd semper facere tibi cordi est fac citius:

Prophetas occidisti, Iudæorum animas ingresses: lapidibus eos petisti, qui salutarem doctrinam asserbat: nemini, qui à Deo missus esset, pepercisti. Ego post ipsos veni, nec ignoro te, nequaquam quiescere posse: quare quòd solitus es facere, imò quòd dudum libenter fecisses, nisi te prohibuissem, nunc fac. Non te amplius prohibeo &c.

Similis igitur locutio est, ac si fortis quipiam hosti suo, quem scit infirmum & consubiliarer

vincendum, istorisè, imò minitabundus dicit: Fac, quòd facis, citius, vt fortunatim meam expiaris. Sic Christus diabolum ad ea, quæ præparauerat, velocius currere iubet, vt citius victus ac vincitùs à tyrannide sua orbem dimittat.

Deinde fit ad Iudam referimus verbum hoc, non præcepit, sed permissio est, quemadmodum in Iob dicitur diabolus: Ecce in manu tua est. Sic hic non præcipit vt faciat Iudas malum quòd intendebat, sed permittit vt citius faceret. Aliud est enim facienti dicere fac citius: & aliud est, iuuari dicere vel præcipere, vt hoc aut illud faciat. Imò hoc verbum nihil aliud est, quàm iudicium & condemnatio Iudæ in sua malitia obstinatis. Talis enim est sermo, qualis solet esse paren tum erga deplorata & desperata mentis filios quasi dicit, Christus, quoniam nullus meis beneficiis ad respiciendum inuitaris, age perice quòd expiisti. Non te amplius prohibeo. Noluisse me audire: te quæ ergo diabolum. Prædicto tamen tibi, te non impune latu rium. Amodo tuo te relinquam arbitrio, nihil pro te curabo, siue percas, siue non.

Verè horrendum iudicium, sic à Deo relinquit. Hinc non abs re Dauid precatur: Ne proicias me, inquit, a facie tua &c.

Hoc autem verbo Christus etiam ostendit ingens cordis sui desiderium ad redimendum hominem. Ideo & proditorum accellere iubet, q. d. Vis me prodere & in mortem dare. Volo & ego prodi & mori. Ideo veni in mundum, accupio vt quàm primò fiat. Ideo autem sic festinat Christus, quia sciebat magnum fructum è

passione sua exorturum, nempe quod diabolus vinceretur, idolatria destrueretur, mors interiret, caelum aperiretur, homo redimeretur & Ideo festinabat.

Præterea hoc verbo in patris voluntatem plene resignabat & suam vitam, & servitū Iudæ cupiditatem: ne ipsas tantum, sed etiam populi quem ille representabat, & pseudo ecclesie quom ille præfigurabat. Itaque dolorem quem e scandalis magnitudine conceperat: Omnia hæc hætenus cruciaverant Christum. Nunc ea resignat in voluntatem patris, docens nos, vt similitur faciamus, vbi aliter fieri non potest.

Cæterum ne quis miretur, quo modo discipuli alii ferre poterint hanc Iudæ impietatem in Christum: Nemo, inquit, disscumbentium intellexerat quod dixit Iesus &c. Hoc autem certissimum signū Apostoli erat prohibitatis, quod nihil mali suspicabatur de Iudæ. Charitas enim non

^{1. Cor. 13.} suspicatur malum.

Quia enim putant præceptum esse, vt vel præpararetur quæ ad festum pertineret, vel pauperibus aliquid dare, innuit Christum hoc sedulo illi præcepisse, maxime in festis. Quo docerunt, vt & nos festis diebus pauperum curam habeamus, id enim Christo acceptissimum est.

Ceterū discipuli in hoc iudicio longe falluntur. Non enim pro festi decore, sed pro eius dehonestatione: nec pro pauperibus, sed contra patrem pauperū laborabat impius ille. Vnde & indignus erat qui diutius permaneret in tam sancto collegio. Itaque eodem diebulo instigat, quo hætenus visus fuerat magistro, post bucellam exiit continuo.

Exiit autem iudicatus & condemnatus, relinquens episcopatu suū, vt accipiat alter. Exiit, vt vi eiecius, sed sua spōte se à Christo & sanctis separans, quæ separatione nulla inferior est.

Exiit autem continuo. Vnde patet, etiam antehac illic fuisse voluntatem abeundi, sed deerat facultas: quæ accipit, statim exit. Deinde etiam ideo statim exit, quia maiores iam vires in eum diabolus habebat, qui iam quasi vt imperabat, dicens eum quo volebat.

Festinat autem diabolus, timens moram & verborū Christi virtutem, ne scilicet sanctitatem aliquā in anima Iudæ recenderet, sicque ille e laqueis suis elaberetur. Magna enim cautela vitur diabolus, ne elabatur quos semel cepit. In cuius figuram, Pharaõ adeo filios Israel laboribus opprimebat, adeo instabat, vt nec tempus illis daret orādi Deum, aut inter se colloquendi de libertate, quo modo elaberetur. Sic diabolus non sinit respirare irretitos, vt semel videri, iugo eius semper perdimatur, hinc igitur agnosceret discantus malignas eius cogitationes.

In fine inferis huius de Iudæ historiz Ioannes addit, Erat autem nox. Verè tenebrosa nox irruerat in miserum hunc, occide rat illi sol iustitiz, atque iudex in profundum inferni, quasi cæcus ad sagittā, properabat, vt Sapiens ait: Vel quasi canis ad vincula, nesciens se ad periculum anime sue currere. Hæc est illa nox, de qua Sapiens ait: Ignis quidē nulla vis, nec siderū lympe diæ flammæ noctē illam horrendā illuminare poterant. Interim tamē etiā re ipsa nox erat. Hæc enim querunt & diligunt qui

qui malè agunt.

Tanto impetu igitur miser ille ad peccatum currebat, vt nec nocte abstineret. Itaque æternam sibi noctem comparavit. Iusto enim Dei iudicio fit, vt qui lucem respuunt, tenebras perpetuas incurrant.

Hætenus igitur de Iudæ, eiusque multiplici admonitione, denique & ommoda eiectione satis dictum sit. Qui piū habet animum, non cesset orare, ne in tantam cæcitatem & obstinationem cadere permittatur. Imò nihil non agat, vt hoc iudicium executionis non incurrat. Sequitur:

Facta autē est contentio inter discipulos, quis eorū videretur esse maior. Dixit autē eis Iesus: Reges gentiū dominantur eis: & qui potestatem habet super eas, benefici vocantur. Vos autē non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui princeps est, sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui accumbit? At ego in medio vestrū sum, sicut qui ministrat. Vos autē estis qui permansistis mecum in tetationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū, vt eda-

tis & bibatis super men sam meā in regno meo: & sedetis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Historia hæc, etsi nihil ad passionem faciat, quia tamen Lucas eam Dominicæ passioni inseruit, præterunda non est. Pulchre enim exprimit in Apostolis ingenium humanum, qui eo tempore, cum tanta humilitatis & modestiæ exempla vidissent, instaretque maxima tribulatio, de primatu contendunt.

Quod autē in nostra translatione contentio nominatur, Lucas in Græco Philonicam appellat, id est, amorē victoriæ. Non semel autē leguntur Apostoli de primatu contendisse. Nā & post solutionem didrachmæ, super hæc

Mat. 18.

retur etiam Christi sententiam expetebant, quis scilicet eorū ipsi videretur esse maior. Deinde cum filii Zebedæi petissent primum confesum in regno Christi, iterum super hæc contenderunt. Postmodò etiam hic contendit. Occasionem fortè præbuit discipulis Iudæ. Antequam enim reuelaretur eius malitia, non sine suspitionibus in inuitem erant. hinc facile ad contentionem peruenerunt, vno quolibet designante se aliis inuicem, Christoque minus fidelem esse vel haberi. Potest etiam forte et ipsius Domini recessus, quem prædixerat, occasione præstitisse, vt scilicet quererent quid magistro sublato agerēt, & cui rerum summam committerent. Hic, vt fit, nullus æquo animo patitur se minorem aliis reputari: quod non mirum quòd etiam Apostolis

Mar. 10.

f 3 accide-

acciderit, qui homines erant, & necdum spiritu sancto confirmati: necdum plene cognoscen- tes regnum Christi.

Hanc aut philoniam, id est, cupiditate gloriæ, quæ est radix philoniæ, nã ex ipsa omnis contentio oritur, Christus nullo modo patri volebat aut poterat. Vbi enim quilibet præesse vult, nullus aurem subesse, actum est.

Quid igitur dicit? Nolite, inquit, discipuli & filii mei sic agere, hæc res admodum vos dedecet. Nolo ut sic sit & fiat inter vos. Quid enim tandem cogitatis? Vos ne mundano more donari cupitis, cum nihil minus videatis in me? Unde vobis hæc cogitatio, hic conatus? Iterumne vos serui, maiores vultis esse me Domino vestro? Romani quidem aliiq; gentiles, gloriam & potentiam mundanum ambiunt, hincq; vnum quarunt, ut alius dominetur, eisque præcipere habeant. Veniant magnos titulos, vt non tantum reges, principes, dominatores nominentur, sed etiam Evergetæ, hoc est, beneficii & patres patriæ, tanquam qui omnibus beneficiati, & magis patres quam exactores sint, cum tamen plerun- que re ipsa lōgè alios se præstet. Et vos piscatores è Galliæ, hos imitari vultis, gentibusq; similes effici? Reuera apti homines estis ad humiōdū gloriæ, & pulchrè vos decet gentibus assimilari. Imò si non vos reuo- cat nomen & profectio Iudai- ca ab imitatione gentium, sal- tem exemplum meum vos reuo- cet. Videtis quid ego faciam. Quamuis enim Dominus & magister sim, poscō emq; præcipe- re, possem dominari, possem

omnium creaturarum ministe- ria admittere, nihil tamen tale facio: sed me humilior intantum, vt vobis recumbentibus ego min- istrerem, quàm cōducitibus seruus vester essem. Meum erat, & mihi offerebatur regnum: sed nolui, imò fugi. Quid poteram necdum homines, sed angelos ministris habere: sed nihil tale ago. Vide- te inquam & diligenter attendite, quam humilis & abiectus factus sim. Exui me forma Dei in Phil.

Ioan. 6.

Paulominus ab angelis me- ipsum minoravi. Quantū igitur dedec vultum esset, sub tam humili magistro superbere? In hūc igitur modū Christus ambi- tionem in Apostolis reprimat, & eisdē fermè verbis etiam in aliis locis vitur. Vbi que autē acrius eos perstringit, sciens quā sit tyrannica ambitio, & quā ma- la iudicet, nisi prædicatur.

Psalm.

Cæteram si quis vnam regum & principum Evergetæ, id est, beneficium dici potuit: certè nemo alius iustus sic nominatur, quam Dominus noster Iesus rex Israël. Et de Traiano quidem scribit Plinius: Tu tuorum beneficiorum parcissimus altimator, cui cuibus tuis quasi parens cum liberis viuis. Verūm quid fuit hæc paternæ charitatis Traiani erga suos, ad charitatem quam Christus Apostolis, imò omnibus nobis ostendit?

Sed quid sequitur? Vos, inquit, estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dis- pono vobis, sic discipuli mihi pater meum regnum &c.

Pulchrè hæc verba superioribus annectit. Sicut enim superioribus acris arguit, sic nūc eos p̄ omni- fionibus & laudibus demulcet, sermo-

Rom. 3.

fermonemque suum eò dirigit, vt acriter Apostoli ab ambitione sua desisterint. q.d. Quid ambitus mundanum potentiam & dominationem? Expectate paulisper. Ego ad celestem potentiam vos subueham. Meliora & maiora Ioh. 6. vobis reposita sunt, quā ipsi creditis. Vos enim estis qui permansistis mecum, cum multi alii retro abierint, scandalizati nimirum ob imminente passionem. AG. 1. Locum autem Iudas ibi abiit in locum suum. Vos autem in omnibus tentationibus meis mecum perstitistis, quia mihi Satan his tribus annis multas excitauit. Hoc quia fecistis, certo fitote me regnum vobis celeste mea passione dispositum: Vbi, vt veri reges & principes, regnabitis in omni potestate & gloria. Et quia reges terræ delicias affluunt in cibo maxime & potu, En & hoc vobis dispono, vt illic mecum edatis & bibatis super mensam meam, tanquam coheredes mei. Non tamen sic intelligendum, quasi in celo etiā edatur & bibatur: sed loquitur Christus a- nagoricè, vel vt Theophylactus habet, metaphoricè, quandoquidem hæc in regum aulis maxime fiant.

Quid simile habet mūdus? Quid est gloria mundi, regnum mundi, delicia mundi, ad gloriam, regnum, delicias celi? Quis igitur non libenter gloriam mundi contemnat? quis non libenter cum Christo humilis esset, vt cum eodem etiam regnare posset? Fugiamus fratres superbiam, quæ diabolum deiecit & summa gloria.

Ioan. 6.

Amplēctamur autem humilitatem, quæ Christum exauit ad summam gloriam. Et hæc ius quidem de hoc textu, quem Lucas interseruit. Nunc reuertentes ad Iohāem, audiemus quid Christus post egressum Iudæ dixit.

AG. 1.

Nunc (inquit) clarificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est per eum. Si Deus glorificatus est per eum, & Deus glorificabit eū perse, & cōtinuo glorificabit eū. Filioli adhuc paulisper vobiscū sum quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos nō potestis venire. Ita & vobis nūc dico: Mādatū nouū dō vobis, vt diligatis in uicē, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis in uicē. In hoc cognoscet omnes quod discipuli mei sitis, si charitatem habueritis inter vos mutua-

Rom. 3.

Postremò, ait Christus, ne quid vobis desit ad perfectum dominium, quandoquidem reges mūdi magnificis thronis sedere soleant, alibi tunc iudicare, quemadmodū de Salomone legitur: En etiam hoc disponam, vt vos Apostoli mei deinceps super regales thronos mecum sedeat, omnesque tribus Israël, quæ in me non credunt, iudicetis. Si dominium super Israëlitas quæritis, an vobis subiciantur. Quid ultra quæritis? An maiora optare poteritis?

3. Reg. 10.

Post discessum Iudæ, Christus lætissimam & mirè consolatoriam

riam orditur concionem: in qua primò discipulos suos pramunit, ne imminente cruce offendatur: Deinde quosvis pios admonet, ne propter crucem à confessione nominis sui discedant. Ideò autem hanc concionem distulit, donec Iudas exiret: quia ad solò electos pertinent, quae cuncteque loquitur.

Mat. 7. Itemque, vt factò impleteret, quod verbis docuerat; Nolite sanctum dare canibus.

2. Congruè autem à tempore noctis quòd tunc erat, similitudine per contrarium sumpta, clarificationem suam dies æternitatis & sol iustitiæ iam adesse indicat, qua totum postmodum mundum erat illuminaturus, traditore suo cunctisque impiis in nocte peccati perpetuò remanentibus.

Docuit autem hoc verbo, piis nunquam defuturà lucem, quantumcumque nox errorum impiis inuoluat, quem admodum olim in Aegypto Israelitæ lucem habebant, cum alia omnia occupassent tenebre densissima.

Exod. 10. Potest autem dictum hoc qua drupliciter intelligi: Primò de filio hominis, quantum ad corpus eius mysticum, vt sic sensus: Nunc clarificatus est filius hominis, id est per recessum Iudae filii perditionis à societate mea, purgatum est corpus meum mysticum, collectio scilicet & ecclesia mea à commissione pestiferi e munda. Decor siquidem & puritas discipulorum, redundat in magistrum. Ideò malis discipulis abdicatis, clarificatur magister.

2. Secundò, Nunc clarificatus est filius hominis, id est, verus & iustus ostensus est per hoc, quòd vitiosum discipulum à sua secte

tate amouit.

Tertiò, Nunc clarificatus est; filius hominis, id est, per hanc se parationem Iudae ab electis Apostolis, præsfigurata est clarificatio Christi, quam habebit in die iudicii, quando separabit pios ab impiis, per quod apparebit eius veritas & iustitia.

Quartò autem, per verbum clarificationis intelligitur passio- nis Christi claritas apud inferos confusam, resurrectionisque & ascensionis gloria, & effusionis spiritus sancti gratia. Nunc, inquit, clarificatus est filius hominis, ea scilicet claritate qua dixerat: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Itemque: Si granum frumenti in terra mortuum fuerit, multum fructum afferet.

Observa autem, quam magnificè Christus loquitur de sua morte. Alius secundum mundi captum diceret: Nunc proditus, abiectus, condemnatus est filius hominis, actumque; est de illo &c. Christus autem dicit, Nunc glorificatus est filius hominis: quo verbo, Primò indicat, sibi ingens gaudium esse, per crucem redimere genus humanum, & nò minus gaudium, quam si alii ad epulas vadant & conuiuium. Secundo indicat crucem suam nihil aliud esse, quam suæ glorificationis initium, atque; adeo Iudæ & Iudeos nihil aliud agere, quam per gloriam suam procurent. q. d. Abeat sane Iudas quòd velit, prodit me, incitet vel totum mundum contra me. Mea hæc gloria erit, ipsius autem summa ignominia. Si citius exiisset, citius etià gloria mea incepisset: tibi mihi nocet ei' malicia.

Tertiò docet hoc verbo, prodictionem, calumnia, crucis & mortem, quamuis in mundo horrenda

da videantur, tamen pio homini optabilia esse, quandoquidè alia via ad glorificationem nò pateat.

Præterea hoc verbo indicat, se morte & passione sua omnes maledictionis legis commutaturus in benedictiones. Lex enim dicit, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Itemque omnia externa mala, vt famem, sitim, persecutionem &c. pronunciat esse maledictiones. Christus autem docet ea esse glorificationis & benedictionis instrumenta, per mortem enim eius effectus est, vt hæc amplius nò noceant. Omnia enim in ipso sanctificata sunt. Cæterù quauis Christus etià prius per miracula clarificatus fuit, (Nā qui maris

Deut. 21. fluctus & vim ventorum suppressit, adoratus fuit vt filius dei. Et quando quinq; panibus satiauit quinq; millia hominū, tanta gloria claruit, vt eum sublimare vel

Mat. 14. lente in regem. Et quando eiusimperio Lazarus ad vitam rediit, tanta fuit eius claritas, vt publice cum Hierosolymis cum palmis susciperent & canticis. Clarificatus igitur fuerat magnitudine miraculorum; quia tamen consummatio gloriæ eius in passione resurrectione & ascensione sita est, ideò dicit: Nunc clarificatus est &c. Interim nos docens, operabilius esse ab hominibus cõtemni, quam ab eisde laudari; hic enim periculum est, ne in superbiim incidamus, illic autem nullum.

Ioan. 6. Signatur autem dicit, Nunc clarificatus est, verbo scilicet præteriti tēporis; quia quamuis nondum perfectus esset, tamē iam agebatur, & sine dubio perficiendum erat. Sic & infra dicit: Iam non sum in mundo &c.

Mat. 21. Signatur item dicit, filii hominis clarificatum. Nam fil. as

Dei, semper clarus fuit & est. Quod igitur filius Dei habuit per naturam, hoc filius hominis accepit per gratiam & vnionem cum diuina natura.

Cæterum hæc clarificatio filii hominis, sine dubio est clarificatio Dei. Vnde, subdit: Et Deus clarificatus est per eum. sicut enim patris & filii vna est natura, sic & eadē gloria. Vnde & Christus non suā gloriam quæ fuisse se dicit, sed gloriam patris. Non tamen ita glorificatus est pater, quòd aliquid gloriæ illi essentia licet acquiesceret, quā prius non habuerit; sed quia per passionem & resurrectionem Christi clarifac-tus est, cuius filii pater fit Deus.

Item quia per passionem & resurrectionem gloriam inter homines acquisiuit Deus, quem prius mundus non cognoscebat: per Christum autē cognouerunt, eū patrem & adiutorem esse &c.

Ne quis autem quærat, vnde Christus tam clarè & certitudinaliter præfuit, quòd Deus ipsum clarificatus esset? Respondeo: Si Deus, inquit, glorificatus est per eum, & Deus glorificatus est per se. Certissimum enim de futura sua glorificatione est, qui deum hic glorificat. Scat. Reg. 11. enim sententia: Qui me glorificat, glorificabo eum; qui autē cõtemnunt me, erunt ignobiles. Clarificauit autem Christus Deum per doctrinam suā, parans ei titulum honestissimos ac magnificentissimos. Nam per Christū Deus nunc à credentibus dicitur pater, qui quondam per legem peccata iudicantē dicebatur iudex. Per Christū nominatur Saluator, qui quondam cõdemnator erat. E-cotrā autem enim Deus clarificauit Christum, dans & ei titulos

egregios, vt dicatur legis, male-
dictionum crucis; peccatorum,
mortis, inferni & Saranae victor
Phillip. & triumphator. Hoc est nomen
super omne nomen, quod Deus
pater Christo dedit, in quo &
omne genua fleciti oportet &c.

In fine addit Christus, Et con-
tinuo clarificabit eum: quia sta-
tim in ipsa enim passione clari-
ficare eum cepit miraculis, cum
scilicet sol obscuraretur &c. per
hanc enim Centurio & alii ipsum
cognouerunt esse filium Dei. Itē
etiam in cruce adhuc pendens, à
Deo patre exauditus esse pro no-
bis, quae maxima eius gloria est.

Mat. 27. Videt igitur, quam sapienter ha-
cenus loquuta sit sapientia Dei.

1 Antequam enim de morte sua di-
cat, praemittit de sua glorifica-
tione, ne discipuli nimium contri-
starentur. Deinde, ne putarent

2 ipsum in passione periturum. De-
mum, vt & ipsi tempore aduer-
sitate discedent, non in praesentia
mala, sed in futuram gloriam
respicere.

Et haecenus quidem de futu-
ra sua glorificatione dixit. Nunc
consequenter de morte sua loqui
incipit, sed admodum dulciter,
ad consolationem nimirum discipu-
lorum, quos sciebat in morte
sua maxima tristitia afflicendos.
Sicut enim bonus quisque filius
nequaquam ita de successu mag-
nae hereditatis delectatur, vt de
morte patris dolore non mordca-
tur: sic quancumque discipuli scien-
tiam magnam futurum mortis
Christi emolumentum, magnim-
que securam hereditatem, fieri
tamen poterat, vt non maxime de
morte eius tristarentur.

1 Quam potest igitur dulcissi-
mis verbis de morte sua loqui-
tur, ac primùm filios nominat, vt

ostendar paternam sui erga eos
amoris gratiam.

Item vt simul etiam ostendat,
fructum passionis suae. Ex ipsoius. 1. 10. 2. 3.
enim passione & morte habet-
mus, quod filii Dei nominemur
& simus, idēd nunquam antea le-
gitur, quod filios ipsos nominave-
rit, nisi iam moriturus.

Non simpliciter autem filios,
sed quod maiorem affectum o-
stendat, filios nominat, nimirum
propter tenendam nem amoris, &
ipsorum adhuc teneram, atque in-
firmam infantiam. Nam ex quo
fortes facti sunt, spiritus sancto ar-
mat, filii sunt. Nunc autem quia
timidi sunt, & patrem sequi non
valet, filioi dicitur. Sic & Pau-
lus Galatas filios nominat,
quia infirmi erant fide, & lacte
adhuc opus habebant.

Quid igitur Christus his tam
dilectis filiis suis dicere vult?
Adhuc modicum, inquit, vobiscum
sum. Vere modicum, donec felici-
tate qui nunc exiit, ad ludaeos
perueniat: acceptaque cohorte &
pontificum seruis, redeat. Ex tunc
enim comprehensus, & morti ad-
iudicatus, ad eamque: interemptus,
iam vobiscum non ero, nisi quod
ad horam iterum videbo vos.
Hoc autem ideo dixit, vt ardenti-
us eo fruerentur dum eum ha-
berent, & vt diligentius cordibus
imprimerent, quae discēdens ipsis
dicebat.

Non tamen sic intelli-
gendum, quod Christus omnino re-
cesserit, iamque in mundo non sit,
cum alibi expresse dicit: Ecce vo-
biscum sum omnibus diebus vs-
que ad consummationem saeculi.
Est igitur sensus: Adhuc modicum
vobiscum sum, in corpore
scilicet visibili & mortali, sicut
haecenus fui. Deinceps vobiscum
quidem ero, sed non sicut haecē-
nus

nus, non visibiliter, non mortaliter,
non tanquam peregrinus praesentis,
sed tanquam princeps & pater
futuri saeculi. Vultis autem
scire, quid de vobis futurum sit?

Quæretis me, quasi dicit:
contristabimini propter abscessum
meum, & magna cordibus
anxietate desiderabitis praesentiam
meam: futurum est enim,
vt magnis & iudeorum & gentium
furiis exagitemini. Eo igitur
tempore quæretis me, desi-
derabitis auxilium meum. Hoc
autem dixit, non vt terreat, sed
vt animos eorum praeparat ad
futura mala. Quemadmodum
enim eductus bestia si repente
irruat, non solum terret, sed etiam
imparatos laetatis autem erit
quam irruat, visa sit, vel nihil
parum mali paratis hominibus
armatis; facit: Sic tentationes,
si praevideantur, minus turbant.

Psal. 12. Hinc David: Paratus sum, inquit,
& non sum turbatus.

Videmus autem in hoc verbo,
omnem fidelium vitam in hoc
mundo, nihil aliud esse quam ge-
mitum, suspirium, & deside-
rium ad Christum. Sic enim pii
in hoc mundo gemunt, vt turtur,
& dicunt: Anima mea liquefacta
est, cum dilectus locutus est,
quæstus illum, & non inveni &c.

Ne quis autem deceret: Si
sic futurum est, cur non assisimus
nos tecum? melius enim esse
tecum esse, quam hic solus relin-
qui. Quod ego, inquit, vado, vos
non potestis venire modo, quasi
dicit: Ad passionem vado, sed
in hoc me tam sequi non potestis
propter infirmitatem vestram.
Oportet vt prius induamini
virtute ex Alto. Itē: Ad patrem
vado, sed in hoc me iam non
potestis sequi. Non dum enim

aperta est ianua. Oportet vt eam
vobis prius morte mea aperiam.

Sed quid interit nobis faciendum erit, quod & praesentem
mundi iniquitatem declinare, &
suo tempore te ad gloriam in-
qui possumus? Mandatum, in-
quit, novum do vobis, vt diligatis
invenit: sicut dilexistis vos, quasi
dicit: Nihil certius vos & ab in-
vidia mundi liberabit, & in mea
gratia continebit, quam si vos
mutuo diligatis. Circa hanc dil-
ectionem multa dicenda essent.
In primis destruendus esset er-
ror modernæ sectæ, quæ sola fide
contenta, omnibus modis fugit
& aduersatur precepta, charita-
tem & opera: deinde restituenda
esset vera Christiana charitas,
quæ olim fuit in Ecclesia &c.

Verum sufficiat nobis nunc ver-
borum Christi sensum accipere.

Primò igitur errare aliquem
posset, quod Christus de manda-
to loquitur, quasi iterum vellet
imponere iugum legis. Verum
in hoc sermone intigat,
quod non plura, sicut Moyses, sed
vnum tantum dat mandatum.
Quod autem id ipsum nominat
mandatum novum, signum est
quod liberare nos voluit à iugo
legis, quod nemo portare potuit,
quodque omnes condemnabat
homines. Vnde & in Ista nomi-
natur Saeculum exactoris.

Deinde per hoc etiam ostendit
legem non sufficere ad salutem:
alioquin non opus fuisset vt ipse
quisquam adderet.

Quamvis autem dilectio pro-
ximi etiam in lege fuerit precepta,
(nam & Christus eam ipsam
dicit esse vnum de primis pre-
ceptis legis) nihilominus tamen
hic dicit esse præceptum novum:
Primò: quia ab ipso innovatum.

Nam

Nam per traditionem Phariseorum obcuratū fuerat. Adde- rant enim, & odio habebis inimi- cum tuum: quod lex non dicit, ideo & à Christo reicitur.

2 Deinde nouum mandatum dicitur, quia in nouo testamento & frequentius & excellentius præcipitur. In lege frequens est mentio fabbatorum, sacrificio- rum, cæremoniarum: in nouo autem testamento sola charitas præcipitur & ubique.

3 Præterea dicitur nouum mandatum, quia in nouo testamento aliter traditur, quàm in veteri. Illis enim dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: Nobis autem, sicut dilexi vos: quod maius quiddam est. Nā Christus nos plus dilexit, quàm seipsum. Sibi ipsi enim non pepercit, vt nobis parceret. Nouum igitur mandatum est, quia iubemur proximum plus diligere, quàm nos ipsos: adeo, vt eius dilectioni nihil præponamus, non gloriam, non diuitias, non denique vitam corporalem: id quod in Christo videmus.

4 Insuper nouum mandatum dicitur, quia maioribus exemplis nunc confirmatum est, Dei scilicet & Christi. Hinc Ioannes: In hoc, inquit, est charitas, quod ipse primum dilexit nos, & tradidit animam suam pro nobis.

5 Adhæc etiam ideo mandatum nouum dicitur, quia præcipit de corde, non de cæremoniis: docetque legem impleri non externis operibus, sed dilectione cordis.

6 Item nouum dicitur, quia cum alia omnia præcepta cæremonialia scilicet & iudicialia, aboli- ta sint: hoc solum manet & in- nouatum est, non pro natura legis, quæ præcipit quidem, sed nõ dat vires implendi: sed pro natura

Euāgelii, quod vires implendi m̄ data per spiritum administrat.

Septimo, Nouum dicitur hoc 7 mandatum, quia semper nouum manet: quantumcumque enim charitatem ostēderimus, semper tamen eiusdē debitores manemus.

Octauo, Nouum dicitur, quia 8 sicut quod nouum est vicinum est suo principio: sic charitas nos Deo, omnium rerum principio, vnt & vicinos redit.

Nono, Nouum dicitur, quia 9 non nisi nouo spiritu dicitur: non spiritu seruitutis, sed spiri- tu libertatis & adoptionis: quem qui non habet, præceptum hoc nunquam implet, per solum enim spiritum diffunditur charitas in corda.

Observandum autem, quod Chri- 10 mus non de quacunque dilectione loquitur. Est enim amor carnalis. Et est amor inordinatus, quo nõ tantum personas, sed etiā vitia earū diligimus & fouemus, Nō de hoc amore loquitur Christus, nec de eo qui consistat tantum ore & lingua: sed de eo, qui consistit in opere & veritate. Vnde addidit: Sicut ego dilexi vos.

Dilexit autem nos Christus 1 ordinatè, quia personas ita quidem dilexit, vt tamen vitia non disimularet, sed arriter argueret etiam in dilectissimis.

Dilexit nos efficaciter, id 2 est, non verbo tantum, sed opere. Dilexit nos gratis citra omnia 3 merita nostra, imò cum adhuc inimici essemus. Postremò dile- 4 xit nos perseueranter, in finem usque, sicut supra dictum est.

Hinc igitur discamus, quali- 5 ter diligendus sit proximus. Ex eo tamē quod dicit, Sicut dilexi vos: non exigit omnimodā quantitātē dilectionis suæ. Quis enim hoc 6 præsta

præstare posset? Sed vult, vt anni- tantur pro viribus imitari eius di- lectionem. Si non possumus prope ipsum incedere, saltem ipsum sequamur pro cuiusque viribus.

Cæteram sicut alio loco nõ dixit, discite à me miracula facere &c. sed quia mitis fuit & humilis corde: sic & hic non alio signo discipulos suos vult cognosci quàm dilectione. In hoc, inquit, cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si diligatis inimicem. Sunt enim & alia Christianorum ex- cecia, vt ieiunare, elemosinas da- re, orare, &c. Verum ea etsi bona sint, possunt, tamen & ab hypo- critis fieri, vt patet in Mattheo.

Christus igitur suos nõ alio si- 1 gno, quā mutæ dilectionis, vult agnosci. Dilectio enim est signū generale, quod omnes habere possunt. In aliis (puta ieiuniis, ora- tionibus, elemosinis &c.) posset se aliquis excusare, hic autem nul- lus potest se excusare. Deinde, di-

2 lectio est certum signum pi cordis. Omnia enim alia fallere pos- sunt, hoc autem non: quia vbi cha- ritas est, ibi & alie virtutes sunt, atque adeo plena observatio man- datorū Dei. Qui enim diligit, legē implet. Imò dilectio signum 3 est cõueribile. Sicut enim verum est, quod omnis Christus verus diligit proximum: sic e contra verum est, quod omnis verè di- ligens proximum, Christianus

4 est. Potissimum tamen ideo Chri- stus suos vult per charitatem agnosci, ipsi scilicet hoc pro symbo- lo constituit, vt per hoc etiam alii araheretur allecxi bono odo- re fidelium, & dicentes: Ecce 5 falsus, quàm bonum & quàm iucun- dum, habitat fratres &c.

Ex his igitur vides, quod Chri-

stus non simpliciter à suis exigat dilectionem: sed ita, vt sine ipsa nullum agnoscat pro discipulo suo: quod si veram est, imò quia verum est, profectò pauci nunc veri Christiani sunt: quandoquidem ferme apud omnes charitas refringit, sicut & misericor- dia defecerunt loco autem eorum furexerunt Odium, iniu- dia, discordia, fraus, insidia &c.

Videmus igitur hoc verbo, quā- tum errent illi, qui neglecta chari- tate proximi & Dei, à aliis necio quibus iudiciis se ostendere volunt Christianos.

Videmus item, quæ sit differ- entia fidei & charitatis. Nam si- des facit discipulū Christi, Cha- ritas autem ostendit & probat id scipulum. Sequitur:

Dicit ei Simō Petrus: Domine, quod vadis? Res- pondit ei Iesus: Quod ego vado nõ potes me nunc sequi, sequeris autē postea. Dicit ei Petrus: Dñe, quare non possum te se- qui modò? Animā meam pro te ponā. Respondit ei Iesus: Animā tuā pro me pones? Simō Simō: Ecce Satanas expetruit vos, vt cribraretur sicut triticū: sed ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Et tu aliquādo cõuersus cõ firma fratres tuos. At ille dixit Domine, tecum paratus sum & in carcere

& in mortem ire. Respōdit Iesus: Amen amē dico tibi Petre, non canet hodie gallus, priusquam ter abneges te nosse me.

Quōd Petrus omnibus aliis taceretibus solus interrogatus quōd Dominus pergeret, sermonemque Christi interrupit, magni feruoris indicium est: terribis quidem verbo Christi, dicens: Quō ego vado, vos non potestis venire: imōque a Christo separari continere se non potuit quin interrogaret.

Ceterum Christus admodum dulciter respondit: Quo ego vado, nunc non potes me sequi, sequeris autem postea: quōd dupliciter intelligitur: Primò, quōd non possit Christum sequi ad cōsuetudinem, securus autem post facta sit, cum superna ciuitatis factus eius, cum aliis sanctis Christo conregnabit.

Secundo quōd nondum indutus virtute ex alto, nec spiritum corroborantem, ipsūque, & naturam eius quodammodo reformamētem habens, non poterat mortis pericula contemere, aut terrorem eius penitus superare. Solum enim Christo inerat, vt posset mortis vires fringere. Non igitur potes me sequi modo, quia difficilis admodum via est per crucem. Hinc in Psalmo dicitur:

Psal. 76. In mari vixit, & semita tuae in aquis multus, & vestigia tua non cognoscuntur. Deinde non potes me sequi modo, propter charitatis imperfectionē. Magna enim charitatis hgnis fit oportet, quem tam multa tributionum

aque non extinguant. Postea autem

tem cum per spiritum charitas in corde tuo diffusa fuerit, tunc me sequeris. Præterea non potes modo sequi. Non est solum in tua carnali voluntate mortem vincere, sed gratia Dei hoc opus est. Oportet vt ego prius cum morte cogrediar ac vincam, cogrediar autem in passione, vincam in resurrectione. Quādiu hoc factum non fuerit, non potes me sequi, nō potes non perhorrescere mortem. Fortior enim est, quam vt eam vincere & contemere possis. Natura siquidem nostra morti succumbit. Prima autem mortis dissolutio, Saluatoris passio fuit. Ad hoc enim filius Dei semē Abraham apprehendit, vt morte carnis suae, mortem euacuaret, liberaret que omnes qui timore mortis feruituti subiciebantur. Prima deinde mortis contemnendae origo, fuit resurrectio Christi. Ab eo enim tempore cum Paulo possumus dicere: Vbi est mors victoria tua? Vbi est inimulus tuus? Deo gratias, qui dedidit nobis victoriam per Iesum &c.

Ceterum ne Petrus putaret se omnino a Christo separandum, addit Christus: Sequeris autem postea, quō verbo allusit ad mortem Petri, ac velut enigmaticē eam significauit. q. d. Sicut ego per crucem ad patrem ibo, ita & tu per crucem me sequeris.

Quam verē autem Christus dixerit, Non potes me sequi modo &c. paulo post declarauit rei euentus. Nam & tunc infirmus Petrus Dominum sequi non poterat: negauit enim tertio, ne illum pariter moriendo sequi cogereret. Sequutus autē est postea, tunc scilicet, quādo extendit manus suas, & dignus magistro discipulus

pulus, exēplo ei cruci affixus est.

Ceterum Petrus, hoc Christi verbum non satis ponderans, & de propriis viribus nimium præsumens, iterum loquitur: Quare, inquit, non possum te sequi modo? quasi dicat. An me putas tot beneficiis à te affectum, & ingratitudeis prolapsurum, vt te derelinquam? Eleus sum à te in Apostolatum, caesete gaudium in morte Thabor gustasti, miracula tuo nomine feci: & quibus non beneficiis à te affectus fui? quomodo igitur te etiam in summo vitæ discrimine desererem? Imò animam meam pro te ponam, hoc tibi pollicet, hoc promitto: tanti apud me tuus amor est &c.

Reuera magna promittit Petre, & quae ipse non satis intelligas, fortis quidem videris tibi ipsi, at nondum intelligis tuam ipsius infirmitatem, nondum gustasti vim mortis: alioqui non sic loquereris, nec mirareris quod Christus dixit te nondum posse sequi.

Non desunt quidem exemplorum, qui se vel pro patria, vel pro cognatis morti exposuerunt. verum hoc processit ex carnali affectu.

Ceterum pro alio mori, iudicante Domino vel pro inimicis mori, hoc non carnis, sed spiritus Dei opus est.

Veram hæc est conditio humanae rationis, quod non agnoscat imbecillitatem suam.

Debebat Petrus verbis Christi credere, nec ea tam proteruē impugnare. Hic enim, ex magna dilectione hæc fecerit: tamē plus Christo, quam sibi ipsi, credere debuit, ac secum cogitare: Certe

ipse omnia melius nouit.

Quid igitur Christus ad hanc Petri præsumptionem? Animam, inquit, tuam pro me pones: quasi dicat, quomodo agis Petre? Quid tantum præsumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Tu ne animam pro me pones quam ego nondum posui pro te? Tu ne mortem vinces? Tu pro me morieris, qui veni vt pro te moriar? Meum est mortem vincere, non tuum. O quam ignarus es futurorum? quam parum cogitas quid paulo post facturus sis? Vnum hoc prædico tibi: hoc te præmonitum volo: Simon Simon, ecce Satanas expetuit vos, vt eribaret sicut triticum: hoc inquam scito, quod diabolus vobis insidiatur præ omnibus hominibus.

Summum eius studium est, vt vos deiciat ac precipitet, quem admodum Iudam præcipitauit. Alios non item curat. A vobis sibi timet, quos si semel in suam potestatem redigere possent, non dubitaret vos perpetuo retenturum se: quare non ita præsumtuose vobis loquendum est. Iudam iam dudum proprium habet & addidissimum seruum, qui ipse paulo ante vna vobiscum discipulus meus erat.

Ceterum non contentus est vnum & solum Iudam precipitasse: omnes vos expetit, ac omnibus viribus insidiabitur, adeoque vos tentabit scandalo meae crucis, quōd & me & meam doctrinam abiurabitis. Nec dubitat quin omnes vos capturus sit, qui vnum ex vobis capere potuit. Veri me protegete, frustrabitur conatus eius. Imò ne vnum quidem ex vobis in sua potestate

habui

habitus est, exepo filio illo perditionis, quem iam dudum habet in sua potestate. Tibi autem Simon maxime insidiabitur, & eo fortius, quo digniorem apud me locum sortitus es. Ita inquam tibi insidiabitur, vt mihi necesse sit pro te speciali quodam modo orare patrem. Te enim pra alius aggredietur, si forte Iudae similem te facere possit, quando praecipus inter alios es. Et non parum etiam in hoc proficit, sed non in totum. Patet enim a me exoratus est: quod nisi fecissem, certo perendum tibi esset. Nunc autem intantum quidem prauelebit, vt te ad negationem nominis mei adigat, non poterit tamen te in totum a fide depellere. Decidant sane folia, tamen radix sana & illata in te permanebit, quae & suo tempore bonos fructus germinabit. Hoc ego oratione mea tibi impetraui. Illud autem memineris, vt cum a miserabili illo casu tuo per gratiam meam conuersus fueris, vt & alios fratres tuos conserues & confirmes. Hoc enim tibi vt superiori competis, cui specialiter oues meas commissurus sum &c.

Hanc Christi admonitionem Petrus, tunc quidem fiducia propria fortitudinis caprus, non admittit vt attendit. Caeteram post lapsam diligentissime egit, quod Christus hic praecipit. Doctrina enim & exiplo omnes peccatores penitentes confirmauit, ne in peccatis de misericordia Dei desperarent.

An non autem mirum, quod Christus abnegatori suo hunc honorem impendit, vt eum aliorum confirmatorem instituat, quem mundus, nullo amplius honore dignum iudicasset? Verum alia

sunt iudicia Dei, alia mundi. Deus nullum respiciet reicit: imo etiam prodigum filium in priorem dignitatem restituit, si ^{Luc. 17} peccat.

Dicasus ex hoc loco, & diaboli aduersum nos conatus & cogitationes, & egressionem Christi a Petro creditibus curam: ille impugnat, hic protegitur & pro nobis intercedit. Ab illo igitur caedui, ad hunc toto corde currendum.

Neutrum horum eo tempore attendebat Petrus: quin potius ipsi ipsi plus nimio confidens, vehementer loquitur: Tecum, inquit, paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Bona verba Petre. Tu ne carcerem pro Christo ferres & mortem, qui ne minimū quidem verbum ferre potuisti? Sic quidem esse oportebat, vt omnes Christiani parati essent pro Christo, si casus ita accidat, mori, iuxta illud: Qui non accipit crucem suam quotidie & sequitur me, non est me dignus. Hoc autem eo tempore nec Petrus, nec quisquam alius facere poterat. Postea autem accepto spiritu sancto, non solum hoc prout, sed etiam re ipsa praestitit, pro Christo & cum Christo, vincula & mortem persequens. Eo tempore & Paulus verē dicere potuit: Paratus sum pro nomine Iesu nedum vincula, sed etiam mortem persequi: id quod & praestitit. Eodem modo etiam nos nunc affectos esse oportet: Nunc tempus est vt cum Christo in carcerem & mortem eamus, Nobis, inquam, committit re ipsa praestare, quod Petrus quidem promissit, at non praestitit.

Caeterum vt vel tandem Petrus ad se conuerfus, reprimeretur a confidentia & iactantia priuam

priam virum, Christus propriam ei infirmitatem ob oculos ponit, & futurum casum prodicit, idque cum magna asseueratione & iuramento: Amen amen, inquit, dico tibi, antequam gallus haec nocte canter, ter me negabis. Hic vide, quis fit finis humanae gloriationis, nempe confusio. Petrus confiteretur apud se, officium fidei se facturum, constanter se curum &c. Neque aliquid etiam in corde sentiebat post alii se esse, inuenit. Haec est gloria carnis, quae est sicut flos saeni.

In Petro igitur duo nobis describuntur: Primum temeritas & confidentia carnalis, qua quis, nondum iudicio Dei ob oculos posito, cristas erigit & inflatur.

Secundum est fragilitas carnis, iudicio Dei propositio. Quis enim fuit Petro confidentior, Domino nondum iudicante? Quis rursus fragilior, Domino iudicante? itaque in lapsu Petri, disce timorem Dei in respicientia autem eius,

disce fidem & spem, qua sola in aduersis constare potes, Gaude autem omnibus modis, si saluari cupis, ne dicas aut cogites: Si Petrus hoc non damnauit, nec me dābit. Si ipsi nihil obfuit negatio, nec mihi oberit. Non enim debes semper exēplis sanctorum peccare.

Hoc itaque verbo Christus simul cohobuit Petri magniloquentiam, licet ex amoris magnitudine proficietentem: & caeteros admonuit, vt in periculis non fiderent viribus suis, sed intelligerent virtutis munerique esse diuini, si quid tale praestarent.

Monuit etiam hoc verbo, ne quid temere promittamus, nisi addita conditione, Si Dominus voluerit, vt Iacobus doctus alioquin non absumus a crimine arrogan-

tiz, quasi nos essemus Dominorum: Vt interea taceam, quod plerunque mendaces inuenimur, non valentes praestare quod promissimus.

Obserua circa hunc locum mirabile Dei consilium in Petro quod ipsum cadere quidem permittit, sed tamen terminum eius casui praefixit: nec quemcuque, sed gallicantum: nihil horum sine causa factum est.

Primo siquidem alto diuinitis consilio factum est, vt in illa perturbations nocte, omnibus Apostolis scandalum patiebibus, maxime princeps Petrus suae ad tempus infirmitati relinquere, trinaque negatione lapsus, & ipse expertus crederet, & nos scire faceret, quod nisi auxilium a Domino venisset, pes noster cito labaretur, & si ille dormitauerit, qui solem nouit, & potest custodire, tam solem per diem, quam luna per noctem vrimus, id est, tam diuinitatis quam humanitatis Christi fidem in tentatione perdimus.

Non tamen in profundum Petri cadere permittit. Ad increpationem enim Domini fugiunt aequae tentationum, etiam in motuum altitudine exerceuerit. Terminum enim posuit eis quem non transgredierentur.

Gallicantus autem, qui terminus fuit negationis Petri, praefigurauit bonum resurrectionis Dominicae nuncium: quia profectio media nocte resurgens Dominus, ora angelorum in laude excitauit, & per eos bonum vitae & victoriae suae nuncium ad contristatos Apostolos misit. Sed ante hunc tantae felicitatis auditum, tres continuas noctes perseuerat apostolorum scandalum. Trina ergo negatione facta, gallus cecinit

cinis: quia videlicet tertia scanda li nocte tranſacta, nunciū illud ſuauiſimum inſonuit.

Non dubium autem, quin Chriſtus gallicantem perpetuam nobis ad omnicentem eſſe voluerit, vt cautē & humiliter agamus, ne ſimiliter cadamus.

Oberua in ſine, quōd Petrus ad hoc Domini didum obtricit: nondum enim fatiſ liber erat à ſollicitudine conditionis, de qua Chriſtus mentionem fecerat. Sem per enim timentia ſunt Dei iudicia & verba. Sicut enim ſententia: Verba mea non tranſibunt, ſed implebuntur in quibuſcuq; tan dem hoc fiat. Et hæcenus quidē de admonitione Petri. Sequitur:

Et dixit eis: Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calcamētis, nun quid aliquid deſuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculū, tollat, ſimiliter & perā: Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladiū. Dico enim vobis, quōd adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet perſci in me. Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea que ſunt de me, in eam habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic: At ille dixit eis: Satis eſt.

Etiā hæc verba ſolus Lucas

inferit, ſunt autem partim ænigmatica, quibus Chriſtus diſcipulos ſuos, imō omnes nos, conſtantes & intrepidos reddere voluit contra imminentes perſecutiones & tentationes. Vult autem, vt qui prius inter extraneos Euangelium ſeminauit, ſine ſollicitudine propria vitium habuerunt, nec nunc timent debeat in præſenti tribulatione. Deus enim qui prius curam ipſorum geſſerat, ne deſeret viduus: etiā nunc curam ipſorum geſſurus eſſet, ne quid mali ipſis contingat in paſſione Jeſu, ſi tantum habuerint gladium ſpiritus, id eſt, verbum Dei: imō hoc gladio poſtea etiā perſipere habebant contra eructas illas perſecutione tyrannorum. Qui hoc gladio Chriſti accinctus eſt, neque pœnam neque mortem timet. Qui Deo innititur, huic nulla creatura nocere poteſt. Sic enim Daniid canit: Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo? Dominus protektor vitæ meæ, à quo igitur trepidabo &c.

Emiſerat Chriſtus iam pridem Apoſtoloſ ad prædicandū Euangelium in Iudæa: verum nouo quodam more ipſoſ emiſerat. Solent alii nunciū ſe munire commentari, & pecunia, & ante omnia calcamētis. Hoc autem Apoſtoliſ interdum erit à Chriſto. Exeundum illis erat ſine omni commentariu præſidio victualium & pecuniar, quaſi nō peregrē ad extraneos, ſed ad amicos & vicinos tantum ituri eſſent. Ita Dominus & ipſoſ & nos docere volebat, vt non dubitarem de Dei pro nobis cura, quoties in eius opere & vocatione ſumus. Si enim in ipſoſ labore inueniamur, non deerit nobis eibus.

Euan

Euangelium ipſoſ & altare, cui inferimus, valeat nos nutrire, etiā ſi nihil proprii poſſideamus. Dignus enim eſt operarius cibo ſuo. Non deſunt etiam nunc, qui laborantibus in vinea Domini dent victualia &c. De hac noua & mirabili Apoſtolorum emiſſione, legiſ Matthæi decimō, Marci ſexto, Lucæ nonō, & decimō.

Interrogat igitur Chriſtus Apoſtoloſ, num quid ipſis in prima illa emiſſione deſuerit, vt ex his que iam experti eſſent, fortiores & fidentiores ipſoſ reddere ad futura. Ingenue autem fatentur diſcipuli nihil illis deſuiſſe. Hinc igitur concludit Chriſtus, quōd etiā in poſterum nihil ipſis opus erit, niſi gladius verbi Dei.

Quomodo autem gladius ille comparandus ſit, ſubinde docet. Sed nunc, inquit, qui adhuc habet vel ſacculum vel peram, & tolareæ, ſcilicet vt diſtrahat & vendat: & qui huiuſmodi nō habet, vel tunicam vendat, vt precium ſibi comparet & pecuniam, verum non in alium ſinem, quam vt gladium emat. Hic enim deinceps neceſſarius erit. ad eſt enim tempus pugne, appropinquant hoſtes, hiſ reſiſtendum eſt.

Nihil ad hanc pugnam faciunt ſacculus aut pera: gladio opus eſt. Non tamen loquitur Chriſtus de gladio materiali, (hunc enim ipſiſ interdixerat: Nec vnus gladius prodeſſe poterat in tanto tumultu) ſed de ſpirituali, qui eſt viuam & efficaci verbum Dei. Hæc machæra, hic gladius fideles defendit contra diabolicas & infernales acies. Hunc gladium qui non habet, emat. Si ne ipſo enim nullus conſiſtere poſſet in pugna ſpirituali. Emitur

autem non pecunia, ſed reſignatione & abnegatione noſtri. Gladius ſpiritualiſ inquit Ambroſioſ Jeſu, vt vedaſ patrimonium, & emas verbum. Huc perinet parabola de emendo agro & margarita.

Cæterum diſcipuli verba hæc Chriſti non intelligebant. Hinc & Petrus paulō poſt gladio aggre ditur hoſtes, & hic duos aſſerit gladios. Veram vt illic Petrum gladio feriente increpat Chriſtus, ſic hic dicit, Satis eſt, quo verbo innuit, ſe non loqui de gladio materiali: quomodo enim duo gladii ſufficerent cœra tot hoſtes? imō centum gladii nō ſufficerent. Quid vñ, inquit, miſeri bellatores feruginofis veſtris gladiis efficeret poſſetiſ? Non bel landum, ſed patiedum nobiſ eſt: que paſſio ſolo verbo Dei vinci poteſt.

Cæterum non vacat myſterio duo illi gladii, quos Apoſtoliſ atulerant, & quos Chriſtus ſufficere dixit. Ambroſioſ duos illoſ gladios interpretatur duo teſtamenta: Poſſumus autem & aliter intelligere, videlicet quōd vnus gladius ſit verbum promiſiſ, Alter verbum præceptiſ.

Hoſ duos gladios habuerant Apoſtoliſ, per quos & toti orbem ſubegerit Chriſto. Hoſ duo gladios habere & ciſſe vñ, ſatis eſt ad acquirendā æternam vitam. Si igitur contra Satanam conſiſtere cupiſ, animamque tuam ſaluare, crede ſidenter que Chriſtianis credenda ſunt: & opere conſtante que Chriſtianis operanda ſunt, & ſecurus eris.

Sed cur tantopere inebet Apoſtoloſ vendere ſacculum, peram & tunicam, vt emant gladium hunc? Quia, inquit, adhuc in me

g 2 imple